BIBLIOTECA NAZ.
149. D. 40-41
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
149
D
40
NAPOLI
Digitized by Google

102 — A — 133

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECIMEN
LITERATVRAE FLORENTINAE
SAECVLI XV.

Digitized by Google

~~102 C. 256~~
J
200

Digitized by Google

SPECIMEN LITERATVRAE FLORENTINAE SAECVLI XV.

IN QVO

DVM CHRISTOPHORI LANDINI GESTA

ENARRANTVR

VIRORVM EA AETATE DOCTISSIMORVM

IN LITERARIAM REMP. MERITA

STATVS GYMNASII FLORENTINI

A LANDINO INSTAVRATI

ET

ACTA ACADEMIAE PLATONICAE

A MAGNO COSMA EXCITATAE

CVI IDEM PRAEERAT, RECENSENTVR

ET ILLVSTRANTVR.

Omnia ex Codd. MSS. Laurentianis, Riccardianis, Magliabechianis, Strozianis, Ambroſianis Mediolanenſibus, & ex Archivis publicis eruit, digeſſit, notiſque locupletavit

ANG. MAR. BANDINIVS

ACADEMIAE FLOR. SOCIVS.

TOMVS I.

NAPOLI

B. R. NEAPOLIS

FLORENTIAE ANNO CIↃ.IↃ.CC.XLVIII.

SVMTIBVS IOSEPHI RIGACCII.

CVM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

IMPERATORI . CAESARI

FRANCISCO

PIO . FELICI . INVICTO

ROMANI . IMPERI

ET . PVBLICAE . QVIETIS . RESTITVTORI

PATRI . PATRIAE.

MAGNO ETRVRIAE DVCI etc.

ANGELVS . MARIA . BANDINIVS

DEVOTVS . NVMINI . MAIESTATIQVE . EIVS

DIVTVRNAM . FELICITATEM . ET . IMPERIVM .

EGregias artes, et praeſtantiſſimas facultates, FRANCISCE IMPERATOR, optime et maxime Princeps, omnes gentes, non

Digitized by Google

omnino barbaras impenſe univerſis temporibus excoluiſſe patet ; adeo ut qui in ſtudiis literarum exornandis, augendis, ac promovendis, ſedulam, diuturnamque operam navarunt, laboreſque immenſos ad publicam utilitatem feliciter exantlarunt, dum inter vivos verſarentur, grati animi, et venerationis officium retulerint, quin, et poſt fata, eorum memoriam in Deorum numerum referens inſana vetuſtas, ab edaci temporum iniuria vindicare tentarit.

Veram, ac perennem voluptatem, qua humanum ingenium ad literas excolendas adlicitur, et quodammodo trahitur, ac neceſſariam rerum occultarum, et mirabilium, cognitionem, quibus communis humani generis conſociatio indiget, ut eo magis civium felicitas ſarcta et tecta atque inviolata ſervetur, eſſe procul dubio exiſtimationis huiuſce potiſſimum cauſſas, nemo non videt. Quamobrem Patriae meae,

me

me gratum, memoremque praeſtiturum arbitror, ſi multas Maiorum noſtrorum ſapientiſſimorum imagines, partim penuria ſcriptorum, partim negligentia temporum, apud nos obſcuratas, et pene deletas, partim etiam per multiplices, et varios codices paſſim hinc inde diſperſas, in literaria Florentinorum hiſtoria ab incunabulis intexenda, e tenebris in lucem revocavero, iacenteſque e terra in unum erexero, atque extulero. Praeter enim ea ad virtutem incitamenta, quae tantorum virorum exemplo, noſtris in mentibus excitantur, hoc pacto ex invida oblivione tot pretioſa monimenta auferuntur, quae urbem hanc ea tempeſtate apud exteras etiam diſiunctiſſimaſque regiones celeberrimam, veluti Athenas alteras, reddidere.

Literariae huiuſce hiſtoriae ſpecimen eſt, INVICTISSIME CAESAR, quod Maieſtati Tuae nunc venerabundus offerre audeo. TIBI, qui quum Patriae

noſtrae Pater magis clementiſſimus, quam Princeps iure dicaris, induſtriam in eo incredibilem ponis, ut honeſtiſſima quaeque nobiliſſimarum artium, et literarum, ſtudia, quae Lotharingicae gentis propria fuere, ac ſingularia, promoveantur, atque exornentur. Quibus rebus factum eſt, ut vere inclita, regia, et vetuſtiſſima Alſatiae Ducum progenie TE dignum praebueris, quae cum auguſta Lotharii, Caroli Magni nepotis, gente adfinitatis iure coniuncta fuit, et per tot ſaeculorum circumvolutiones ad nos uſque, clara, potens, magnanima, celebris, invicta devenit; ut fidem faciunt praeſtantis ſapientiae Heroes, qui genus Tuum auguſtiſſimum, non ſolum armis, ſed et inſignioris doctrinae gloria nobilitarunt, inſtructiſſimae Bibliothecae, Gymnaſia, et Academiae in Lotharingia ab ipſis laudabiliter excitatae. TIBI, qui divino prorſus numine Etruriam hanc Tuam, poſt extincta Mediceae domus lumina

ſupre-

ſupremus arbiter moderaris, apud quos viri docti tutiſſimo hoſpitio liberaliſſime excipiebantur; ut eorum auſpicatiſſimo praeſidio, favore, et auctoritate, dici queat, ſpiritum, vitamque literas accepiſſe; unde eorum memoriá, ubicumque aliquo in precio erunt literae, floreſcet quotidie magis, et quantum reliquis eorum operibus diuturnitas detrahet, tantum hiſce adferet laudis. Tibi denique, qui Tuis legibus ſanctiſſimis, mandatis ſapientiſſimis, et effuſa in viros doctos beneficentia, non minorem ſtudiorum curam gerere, quam Parentes Tui fecerint, ſatis ſuperque demonſtras.

Cogitavi mecum ipſe ſaepenumero, qualem quantumque eſſe oporteret, cuius imperio, maria, pax, et terra, gubernaretur: quum interea fingenti, formantique mihi Principem, quem immenſa haec poteſtas rite deceret, numquam, aut Te praeſtantiorem, aut ſimilem Tibi concipere, meditanti animo licuit. Vt enim ex eminentiſſimis ingenii Tui dotibus,

quae

quae in Te a maioribus Tuis profluxerunt, et ex quibus Principis, populorumque, felicitas provenit, exordiar, ecquem latet, ad Te vel a teneris annis inſtituendum, humanarum divinarumque rerum cognitionem, et eam praecipue, quae ex Hiſtoria deſumitur, et in quam, ſcientia veterum Numiſmatum duce, Te penitus inſinuaſti, variaque idiomata, et ſelectos populorum mores, concurriſſe! Ne mirum itaque videatur, ſi in virtutum Tuarum amplitudine, eximium quoque ſtudium eminere videamus, quo liberaliſsimas artes, et diſciplinas in clientelam recipere, iiſque deditos homines, non amore ſolum, ſed Regia quoque munificentia fovere ſoles. Hinc factum eſt, ut apud Te adminiſtros, et conſiliarios habeas plurimos, qui docte, qui eleganter, qui ingenioſe, de rebus omnibus diſſerere valeant. Quot enim et domi detines, quos et largis opibus locupletaſti, et honoribus ſplen-

ſplendidiſſimis decoraſti , et quot per universum orbem egentes effuſa liberalitate ſublevaſti ! Quapropter , dicam equidem , non ut aliorum Principum laudibus quicquam detraham , ſed ut Tua erga Muſas ingentia merita, ſi non quibus debeo, quibus tamen poſſum , laudibus feram, unus illorum, quos quidem noſtra hac tempeſtate noverim, Principum es potiſſimum , qui calamitoſis hiſce temporibus, ſapientiſſimis viris perfugium ſunt , et ſalutaris portus, quin et maiori in fortuna conſtitutis, decus, ornamentumque adferant ſempiternum . Hinc certatim Graecae, Latinae, Etruſcaeque Muſae , immortale, ſanctiſſimumque Tuum Nomen ſummis laudibus proſequuntur , quandoquidem exſules paſſim, et vagantes, tam liberali apud Te hoſpitio excipiantur . Exinde tot publicae, tot domeſticae, voces late perſonant, quae Te pium, felicem, auguſtum, apud longinquas etiam nationes, ſine ulla invidia de-

cla-

clarant. Te Conſtantinum pietate, Theodoſium religione, Iuſtinianum legibus, Carolum magnanimitate, Othones munificentia imitari, cum optimis Principibus benefaciendo certare, ſingulos aut exaequare, aut vincere, omnes unanima voce conſentiunt. At quid imprudens egregia tot virtutis Tuae facinora rudibus hiſce literis commendare audeo? quae ita quidem elucent atque eminent, ut per ſe ſatis ſuperque loquantur.

Pro me autem loquuntur Senenſis, et Piſana Academiae, quarum inſtauratio adeo Tibi cordi fuit, ut nihil in iis ad optimam, abſolutamque, ſtudiorum omnium rationem optari vix poſſit. Loquitur Lunevillenſe Atheneum Florentiam translatum, in quo nobiles adoleſcentes egregiis artibus, equeſtribuſque ſtudiis, inſtrui exercerique, recte ſapienterque volueras. Loquitur Botanica Societas Florentina, quae Te auſpice tantum incrementum adcepit, dum ab Tua incredibili munificentia horto

omni-

omnigenis plantis colendis publice deſtinato, liberaliſsime donata eſt. Verum id TIBI ſat non fuit naturalem ſcientiam omnimodis promoventi, ſed & a viro erudito Etruriam peragrari iuſsiſti, ut penitus foſſilia, fodinas, lapides, terras, arbores, aquas, aliaque id genus pernoſceret, ſumtuſque omnes IPSE in opus nobiliſſimum ſuppeditaſti. Quid de publica Bibliotheca, olim Magliabechiana dixerim, quam in concinnum ordinem redigi, et IPSE poſt IOANNEM GASTONEM praedeceſſorem Tuum, atque ut publice celebrari poſſit, aes, quod neceſſe fuit, e Regio aerario erogari, et impendi, voluiſti: quare iure optimo marmorea Tui Protome, in eiuſdem Bibliothecae veſtibulo memoriae aeternae dedicata eſt. Quid pro Laurentiana non praeſtitiſti? ut reconditi ibidem inſignium Codicum Manuſcriptorum theſauri, Tua largitate opitulante, indicibus locupletiſſimis confectis, in hominum notitiam, ad maxi-

mam

mamque literariae Reipublicae utilitatem, perveniant. Quid de privata Tua lectiſsima librorum congerie ſummo ſtudio comparata pronunciem? quam una cum antiquis Numiſmatibus, a Te undique diligentiſſime conquiſitis, Tuas delicias appellas, ſervaſque una cum gemmis eximii operis in ſplendidiſſimo Cimeliarchio, quod Genio Tuo auguſtiſſimo dedicaſti.

Nemo dubitat, Maxime Caesar, publicos, privatoſque doctorum hominum coetus, qui ad addiſcendas, excolendas, profitendaſque doctrinas, una conveniunt, ſummo amore a Principe protegendos eſſe. Etenim ex iis perennis humani generis felicitas, veluti e limpidiſsimo fonte promanat. Hic Iuvenes, quibus in maxima celebritate, et in medio hominum coetu, vivendum eſt, iam a teneris, non reformidare homines, neque illa ſolitaria, et velut umbratili vita palleſcère, adſueſcunt: excitatur mens, et attollitur ſemper, quae

aliter languida , velut in opaco deliteſcit , aut contra inani perſuaſione tumeſcit . Hinc egrediuntur , qui deinde Civium bona, vitamque ipſam, contra nefandos facinoroſorum hominum conatus, tuendam, defendendamque ſuſcipiunt . Hic praecipui Religionis, atque Vrbium Praeſides inſtituuntur , ut aliis ad bene, honeſteque vivendum facem praeferant. Hic deliguntur, qui iuri dicundo praeeſſe debent, ut ius ſuum cuique tribuatur, ut ſceleſti iuſtis poenis adficiantur; et ii denique, quibus negocia publica adminiſtrandi, et procurandi poteſtas datur. Ex hiſce adminicula quamplurima ad naturae foetus cultura augendos, ad artes amplificandas, ad faciliorem navigantibus viam patefaciendam, ideoque ad commercium cum exteris nationibus ineundum ; ac demum ea omnia adiumenta validiora, ut eo magis augeatur, firmetur , florida potenſque reddatur , Civitas, proferuntur. Socrates, apud Xenophontem, ait,

opti-

optimum Principem nuncupandum eſſe illum, qui aequiſsima iura ſanciendo, feliciſsimos creditos ſibi populos efficit. Feliciſsimos autem reddit, dum internam populorum tranquillitatem curat, adfluenti bonorum omnium copia, annona ſervando, et eas vires, auſaque propulſando, quae aliquid detrimenti ſuis populis, et regionibus adferrent.

His probe conſtitutis, AVGVSTISSIME IMPERATOR, maximus ad Tuas laudes accedit cumulus. TIBI enim adeo facillimam regnandi artem reddidiſti, ut et a Tuis Civibus, ut Princeps omnium integerrimus, et clementiſsimus, vehementi amore adficiaris, atque uti humani generis deliciae, et Patriae Pater, ſicut Numen e coelo delapſum, ſumma veneratione obſerveris. Quanti momenti ſit verae pietatis, et religionis cultus, omnibus manifeſtum, exploratumque eſt. Quanti eam facias, quum plurima exempla ſeſe ultro offerant, quibus Tua adverſus immor-

talem

talem Deum religio probari poteſt, animadvertam tantum, Te maximam curam, tamquam Canonum Protectorem atque Cuſtodem, etiam Clericorum gerere, qui populos doctrina inſtruant, exemplo praeeant, probos caſtigatoſque mores efficiant, atque ſuperſtitionem, publicae quieti noxiam, avertant.

At Princeps iuſtitiam colere inprimis debet, ut ſubditos populos beet, et ſuam ditionem ſerena pace, ac felicitate tranquillet. Hoc ut adſequatur facilius, ut Civium voluntates una coaleſcant ſtudioſe, diligenterque curabit. Hinc legum neceſſitas provenit, quae eoſdem ad boni civis partes explendas impellit, privatis negociis formam praeſcribit; quin, et ſi hominibus indita honeſtas minime valeat, poenae timor ab iniuſta rerum occupatione cohibeat. Quanta igitur cura, GLORIOSISSIME CAESAR, caviſti, ut forenſis iuriſprudentia in meliorem formam redigatur, quae ob nimium, confuſumque legum numerum,

lites fovebat magis, quam auferret; noſque ab antiquis illis diſsidiis, colluvie, ac legibus infinitis liberaturus, ſapientiſſimis, & eruditiſſimis viris mandaſti, ut rectas, breves, expeditas, nec non honeſtati, ſimplicitatique conſentaneas, et populi genio, formaeque Reipublicae adcommodatas leges reſtituant, et controverſiarum compendium praebeant; ut qui hanc artem omni aevo exercere voluerint, regulis hiſce obſervatis, inclitam etiam eruditionis viam ambulare poſsint. Verum non id ſat fuit TIBI magnanimo, nam, ut quicquid iuſtitiae adverſaretur, penitus eradicares, VIII. virum, penes quos animadvertendi in facinoroſos homines Florentiae ius eſt, leges, et inſtituta, corrupta fere, ac deſuetudine obumbrata, Regia cura illuminaſti; et aliter ſe eorum ſtipendia habere, ut omnis iniuriae cauſſa praecideretur, iuſsiſti. Omnia itaque, quae iacere ſentiebas, conſtituta per TE ſunt, plura perpenſa, et exa-

mina-

minata, iudiciis revocata fides, aucta populorum multitudo, omniaque, quae delapſa, iam fluxerant, ſeveris ſanctionibus vincita ſunt. Nulla denique virtute cares, ex illis, quibus civilis concordia, atque commune ocium, in regno cuſtodiatur, ſerveturque perpetuum; et ne in exterarum nationum, Principumve, aut odium, aut invidiam, aut contemtum noſtra culpa incidamus, optime cavetur. Hinc praedicanda venit moderatio illa Tua, qua bellicis laudibus innutritus, pacem amas. Dum bella geris, pacem cogitas; dum arma tractas, quietem paras. Etenim dum univerſa ferme Europa diſsidiis fervet, bellique turbinibus agitatur, Etruria tamen haec Tua, paterno certe conſilio, aurea pace perfundi, eaque tranquillitate frui nunc poteſt, quae politioribus literis excolendis optanda maxime nobis erat.

Verumenimvero optimum Princi-

pem decet, reſtitutis legibus, quieteque publica comparata, quicquid, ad vitam tolerandam neceſſarium eſt, in ſua ditione provide conquirere, et cumulare. Etruria porro tam opima eſt, et fertilis, ut et ubertate agrorum, et varietate fructuum, et magnitudine paſtionis, et multitudine earum rerum, quae Te curante, adferuntur, nihil in ea ad plenam, abſolutamque rerum omnium copiam deeſſe videatur.

Si tantam igitur populorum curam geris, expalluit iure optimo Lotharingia, et propemodum exanimata concidit, quum primum audivit, Te acceptiſsimo aeque, ac iucundiſsimo Principe orbatum iri, et Te in exteris terris ſedem domiciliumque defixurum. Eo tum confoſſa eſt vulnere, quod nullo umquam tempore coire, atque obduci poſſit. Quo gemitu, qua doloris ſignificatione ſibi funeſtiſsimum Tui abitum eſt proſequuta? Mente videlicet recurſabant ſuaviſsimi, caſtiſſimique

Tui

Tui mores: obverſabatur domus Tua, quae Dei templum fuerat, libra iuſtitiae, fortitudinis ſedes, fons munificentiae, Muſarum chorus, ingeniorum, bonorumque refugium, praeſidium miſerorum. Et quum tot, ac tanta ſeſe illi obiicerent, poterat non vehementiſsime commoveri? verum tantiſper elato animo, tam vehementi deſiderio Tui plerique correpti ſunt, ut relicta patria, Tuam ſequi fortunam, quam alteri Principi ſervire maluerint. Equidem et iſtud opinor magnum eſſe argumentum virtutis in Principe, ſi populi ipſum lubenter ſequantur, et in periculis ipſis ei ſemper adhaereant.

Quare gaude Tuo iſto tam excellenti bono, et fruere, cum fortuna, et gloria, tum etiam indole, et moribus tuis caſtiſſimis, ex quo quidem maximus eſt fructus, utilitaſque ſapienti. A ſummo autem imperii Tui apice, oculos in me ſiſte aliquantulum, qui ex Etruria Tua Vindobonam advolo,

volo, et ſacris Tuis pedibus venerabundus advolvor, duo adlaturus, gratulationem, et donum. Illam, cum omni terrarum orbe, qui in auſpicatiſſima Tui ad Romanum Imperium exaltatione, perſpicuis laetitiae ſignificationibus laetatur. Munus vero mihi proprium, en T. C. M. devotus obfero, conſecroque, qualecumque tenuitas ingenii mei moliri valuit, quod argumenti amplitudine, et dignitate, non immerito Te ſibi Patronum iure quodam vindicat. Agitur enim de aureo illo literarum Florentinarum ſaeculo, in quo viri adeo eminentiſſimi in univerſis doctrinis floruere, ut ex Anglia, Batavia, Hiſpania, Gallia, Germania, Florentiam, veluti ad ſtudiorum omnium domicilium, confluerent, ut ibi praeclaris literis inſtituerentur, quas deinde in unamquamque regionem tranſtulere. Quod ſi illud, pro Tuo in literas, atque optimarum diſciplinarum ſtudia, conſtanti regioque amore, pacato ſereno-

renoque vultu accipies, profecto efficies, ut non uberes ſolum laborum meorum fructus, ex auſpicio, praeſidioque Tuo colligam, verum acriori quoque ſtudio ad univerſam literariam Florentinorum hiſtoriam xii. voluminibus comprehenſam, in poſterum conficiendam impellar. Atque ita habebimus, cur eam nobis gratulemur ſaeculi felicitatem, quo ex ſepulchris ſuis, et profundiſſimis tenebris, excitati praeſtantiſſimorum virorum cineres, Te auſpice, ad vitam quodammodo revocabuntur, et expreſſam nobis virtutis, & doctrinae, qua inter ſuos olim inclaruerunt, imaginem repraeſentabunt. Quamobrem immenſi omnis aevi annales accuratiſſime pervolutandi, a ſcriptoribus notitia repetenda quibuſcumque; abditiſſima Bibliothecarum penetralia perquirenda, nec ullis parcendum ſumtibus, ut qualiter inter maximos aetatis ſuae Heroas fuerit olim dinumeratus, quaeque fuerint

rint ſata eius, et fortunae viciſſitudines, luculentiſſimis enarrem commentariis. Noſtris itaque laboribus faveas, SACRATISSIME CAESAR, ut nobilius aliquando obſequii in Te mei monimentum offerri a me poſſe confidam.

D. FLORENTIAE IDIB. SEPT. ANNO CIↃIↃCCXLVII.

Digitized by Google

ANG. MAR. BANDINIVS
LECTORI SVO
Εὐπράττειν,

POſtquam Latinae litterae, barbariſſimarum gentium incurſionibus in Italia paene deletae, reſumere priſtinas vires coeperunt, illarum addiſcendarum vehementi amore flagrarunt majores noſtri. Hinc Lotharius *Auguſtus & Italiae Rex, Florentiae Anno DCCCXXIX. publicam ſcholam univerſis Etruriae ſtudioſis aperuit, quae cum deinde iniuria temporum forſitan concidiſſet, Tuſci uſque ab anno* DCCCCLX. *ad* Ottonem I. *Imperatorem Legatos miſere, ut a*

clementiſſimo Principe virum aliquem doctrina praeſtantem conſequerentur, qui praeclariſſimae Civitatis incolas ſtudiis aliquantulum erudiret. Et revera quod in votis erat, fauſto omine aſſequuti ſunt; & Monachum Adelbertum, *ut narrat clariſſimus* Lamius *in Part. I. Hodoeporici libentiſſime ad eos miſit. Animadvertendum tamen eſt, nos omnium vetuſtiſſimum litteraturae noſtrae monimentum habere in* Theudaldo *Epiſcopo Feſulano, quem Anno circiter* DCC. *Arretii litteras didiciſſe manifeſtum exploratumque eſt. Verum quicumque ſe res habeat, ſaeculo X., & XI. nonnullos Latinis non modo, ſed & Graecis litteris incubuiſſe crediderim, eo quod inſignia veterum Codicum per ea tempora conſcriptorum exemplaria Graeca, & Latina, in Bibliotheca Monachorum Caſinenſium Florentiae ea tempeſtate conſtructa, adſerventur. Inſuper D.* Podo *Epiſcopus Florentinus*, Gerardus, *qui deinde* Nicolaus II. *Pontifex Maximus*, *S.* Ioannes Gualberti, Rozo *Magiſter Cantorum Eccleſiae Florentinae*, Theuzo *Monachus*, B. Bernardus Cardinalis, Guido *Arretinus, ſacras praeſertim doctrinas plurimum excoluere.* Mathilda *quoque Comitiſſa non parum egregia ſtudia fovit atque locupletavit, cum eminentiſſimis animi ſui dotibus*

haud

haud exiguam bonarum artium exornandarum curam addidiſſet. Ipſi enim, teſte Domnizone, *in ejus Vita Lib. II.*

Copia Librorum non deficit huicve bonorum;
Libros ex cunctis habet artibus, atque figuris.

Commiſit quoque Wernerio *JC. ut* Juſtinianeas *leges digereret, eo quod, teſte* Uſpergenſe, *in tenebris neglectae miſerrime delitescerent. Poſtquam itaque luminis aliquid, atque adiumenti bonis artibus, tantorum virorum ope, adlatum eſt, a diuturnae ignorantiae tenebris, vel exeunte ſaeculo XI. ſe magis vindicare coeperant Florentini. Et profecto ea Epiſtola* Alexandro II. *Pontifici ab illis miſſa, in qua de ignea* D. Petri *purgatione agitur, non invenuſte Latina lingua exarata fuit, ut fidem facit doctiſſimus* Lamius *Part. I. Hodoeporici. A. MCXLVII.* Actus *Epiſcopus Piſtorienſis floruit, ita, neque Hiſpano, neque Romano, ut probare contendunt Cll.* Bollandiſtae *Tom. V. Act. SS. Maii die XXII. ſed a Florentinis uſitato nomine dictus. Hic ut fidem facit* Michaël Pocciantes in Catal. Scriptor. Flor. *ſacrorum Codicum cultor pereximius fuit, ut ex Libro Epiſtolarum*

ejus, *&* *ex Vita* D. Joannis Gualberti *colligi poteſt: quamquam ſunt*, *&* *qui* Bernardi de Ubertis *S. R. E. Cardinalis geſta collegiſſe teſtentur*. Laborans *deinde Cardinalis ampliſſimus nobis recenſendus occurrit*, *qui ex caſtro Ponturmi originem ducens*, *in Galliam adoleſcens ſtudiorum cauſſa profectus*, *in Pariſienſi Academia Doctoris laurea inſignitus fuit. Quapropter ejus nominis fama ubique pervulgata ad aures* Alexandri III. *devenit*, *qui illum in Cardinalium numerum cooptavit. Legati munus in Inſubria pluries geſſit ſub* Alexandro, *&* Urbano III. *&* *denique*, *Anno MCXCI ſub* Clemente III. *diem ſuum laudatiſſime obiit. In Theologicis*, *ac Philoſophicis diſciplinis maxime excelluit*, *ut videre per ſe quiſque poterit apud Collectores Vit. Card. & praeſertim in Diſſertatione*, *quam de eo erudite contexuit* Franciſcus Maria Suareſius. *Animadvertendum tamen eſt*, *in hiſce Litteraturae noſtrae incunabulis ſacrorum tantummodo Codicum ſtudia primitus exculta fuiſſe*, *humanarum autem litterarum nomen vix noverant Florentini*, *ad tempora uſque* Henrici Septimellenſis, *qui Anno MCLXXXIX. celeberrimum illud poëma de diverſitate Fortunae*, *&* *Philoſophiae conſolatione*, *in Libros IV.* *diſtin-*

diſtinctum conſcripſit, quodque tanto omnium plauſu receptum fuit, ut in publicis ſcholis praelegeretur. Eadem fere aetate recenſendus eſt magnus ille JC. nobiliſque Philoſophus Cyprianus, *qui Ravennae ius Civile edocuit; & magnus ille Legum Gloſſator* Accurſius, *admirandi ingenii, & ſingularis induſtriae vir, qui corpus Iuris Civilis reſtituit, & latebras omnes obſcurioris Iuris mirifice patefecit. Multum profuit explicandis legibus* Irnerius, *multum* Joannis Boſiani *opera, &* Azonis *induſtria; ſed vigilantia* Accurſii *JC. omnium curas viriliter ſuperavit. Obſtupuit eorum temporum aetas, ſimul atque tam egregia, tam ſalutaria, tam mirabilia eius opera promulgata fuerunt; adeo ut domus ejus tamquam oraculum Italiae, teſte* Barptolemaeo Baphio *in Orat. de* Felic. Urbis Flor. *eo tempore viſeretur.* Franciſcus *vero filius quantam ſibi exiſtimationem, & gloriam comparaverit, aliis diiudicandum relinquo. Paullo poſt* Dinus Mugellanus *&* Lapus a Caſtiglionchio *non parum Legum ſtudia illuſtrarunt, et* Franciſcus a Barberino, *&* Joannes Andreae, *Patre* Andrea *Presbytero natus, in Mugello, Agri Florentini parte; adeoque, Iuris Canonici Principes nuncupari apud poſteros*

§ 3 me-

meruerunt. Philoſophiae, & Medicinae ſtudium hoc eodem ſaeculo maxime locupletavit Thaddaeus *Philoſophus, & Phyſicus celeberrimus, qui Bononiae publice omnium plauſu profitebatur, adeo ut apud Italos, veluti alter* Hippocrates *haberetur. Huius gloriam ſequutus eſt* Turriſianus Ruſtichellius, *Bononiae Profeſſor, qui Medicam Artem laudabiliter exercuit, utpote qui mente ſublimi ſemper grande aliquid moliretur. Sed quid dicendum de alio* Thaddaei *Auditore*, Dino de Garbo *nuncupato, qui A. MCCLXXXII. vixit, & ingenioſiſſima in* Avicennam *commentaria, aliaque opera edidit? Quid de* Thoma *ejus F. qui utilia, & ingenioſa de Arte medendi opera in propatulo collocavit? Sed & Aſtronomica Ars per id tempus incunabula ſua feliciter auſpicata eſt, duorum clariſſimorum virorum opera*, Guidonis *ſcilicet* Bonatti, & Paulli *Geometrae, qui utiliſſimam hujuſcemodi facultatem, ab indoctiſſimis hominibus peſſime pertractatam, ad priſtinum nitorem reſtituere conati ſunt.* Salvinus Armatus *Ocularia, adeo humano generi neceſſaria, Optices ope, ut nonnulli volunt, primus invexit. Ecquem inſuper latet ſacra quoque ſtudia excoluiſſe plurimum, poſt ſupra memoratos ea aetate ſapientiſſimos viros,*

ros, Aldobrandinum Cavalcantem, *qui ordini D.* Dominici *adſcriptus egregia ingenii ſui monimenta nobis reliquit. Reliquit enim orationes Latina lingua exaratas pro Diebus Dominicis totius anni, aliaque ſcripta doctrinam, atque pietatem maxime redolentia, & obiit A. MCCLXXIX.* Robertus *quoque* Bardius *ſua memoria Theologorum, ac Philoſophorum Princeps habebatur, & Pariſienſis Academiae Cancellarius per XL. annos honorifice eam moderatus eſt. Alios quamplures hac in facultate praeſtantiſſimos, quos haec aetas longa ſerie progenuit, facile praeteribo. Humanae litterae, Oratoria ſcilicet, atque Poëſis, habuere deſinente ſaeculo XII. ſuos inſtauratores Comitem* Guidonem Guerram *III. &* Farinatam Ubertium, *qui etſi Duces, Oratorum tamen nomen obtinuere;* Brunettum Latinum, Dantem *a* Maiano, *& Auctorem anonymum poëmatis cuiusdam, cui titulus* il Mare di Amore, Dantem Aligerium Brunetti *Diſcipulum, qui quantam patriae noſtrae, immo Italiae univerſae, exiſtimationem attulerit aliis diiudicandum relinquo. Extant eius egregia opera, cum Latino, tum Tuſcanico ſermone conſcripta: ejuſmodi autem Italicum poëma poſteritati tradidit univerſae, nihil ut*

reconditum, nihil ſublime, nihil divinum, excogitari poſſit, quod iis verſibus non contineatur. Paullo poſt Franciſcus Petrarcha *Florentinae litteraturae ſplendidiſſimum ſidus eluxit, divini ingenii vir, Graecae, & Latinae linguae primus Florentiae inſtaurator. Ad Philoſophiam tamen, quae de moribus agit, & ad Poëſim excolendam mirifice inlectus, cum nondum ſextum & trigeſimum annum attigiſſet, in Romano Capitolio corona Laurea decorari meruit. Quid de* Ioanne Boccaccio *dicam, qui tam praeclara diſertiſſimo eloquio, ac poëſi praeſtanti volumina ſcripſit? Quid De* Guidone Cavalcante *Poëta, ac Philoſopho; quid de* Nicolao Acciaiolo; *quid de* Zenobio a Strata, *quid de* Bruno Caſinio *Rhetore dicam? Quid de* Franciſco Landino; *quid de* Coluccio Salutato, *pronunciem? Facius vero* Ubertus, *non modo carminibus, verum & maxima Geographiae cognitione inſignis evaſit. Hiſtoria denique Florentina primordia ſua a* Ricordano Malaſpina, Iachetto *Filio*, Petro Paulini, Dino Compagno, Ioanne, Matthaeo, *&* Philippo Villanis *agnovit, quorum poſterior Hiſtoriam quoque litterariam nobis primus exhibuit, quam paucis ab hinc diebus luce donavit eruditiſſimus Comes* Io. Mar. Mazzuchellius. *Poſtquam itaque*

itaque tantorum virorum auſpiciis litterae ex interitu, atque oblivione ereptae, vindicataeque, meliorem, nitidioremque cultum accepere, jam ſaeculo XIV. & XV. doctiſſimorum Scriptorum veluti agmina, quorum glorioſa nomina in hoc noſtro Litteraturae Florentinae ſpecimine commemorata invenies, nobis certatim occurrunt, qui perditum ſtudiorum decus revocare in lucem, & provehere altius, ingeniaque adoleſcentum expolire doctrinis ſubſcepere, ut ad hunc uſque diem in omnium verſentur ore veneranda illa nomina, quorum inſignem probitate vitam, reliquaſque virtutes prorſus ſingulares, marmora titulis ſplendidiſſimis exornata, ſtatuae numquam collapſurae, excuſi numi, & quae aere, ferroque perenniora ſunt, certiſſima litterarum monimenta loquuntur, quae ex ultima memoria ad noſtram uſque producta, omnem evaſiſſe videntur penitus mortalitatem. Incredibile dictu eſt, quantum non modo Florentini, verum & exteri ipſi, noſtrorum Scriptorum geſta luculentiſſime conſcribendo, eorum famam aeternis amplificandam praeconiis, & commendandam immortalitati curaverint. Quamobrem tantorum virorum veſtigiis inſiſtens, jam ab Anno MDCCXLV. nonnullis opuſculis meis ad ſacram profa-

nam-

namque antiquitatem, nec non ad hiſtoriam litterariam pertinentibus, Deo adiuvante, confectis, ad litterariam Florentinorum *Hiſtoriam* XII. *voluminibus comprehenſam audacter contexendam animum induxi meum, mihi iure ſuadens, in ſe non parum voluptatis ac fructus doctorum hominum cognitionem habere, quorum exempla animos natura bene conſtitutos, quaſi ſtimuli quidam, nos ad decus, ad honeſtatem, ad immortalitatem concitant, ut illis doctrina, virtute, & gloria pares eſſe valeamus. Verum maximo opus eſſe labore, & impenſa ab iniqua mei fortuna omnino aliena, ſedulo animadvertens, primum ſolummodo volumen ad ſaeculum uſque* XIII. *perductum conficere volui, reliqua in aliud tempus, quo mihi mitior fortuna ſit, non ſine parva animi mei amaritudine omittens. Deſperato itaque opere, quo in coacervando cum plura ſpectantia ad* Landinum *virum clariſſimum, cujus admiranda pro litteraria Rep. geſta neglecta fuerant, collegiſſem, Anno MDCCXLVII. ineunte* Chriſtophori *noſtri Hiſtoriam conſcribere adgreſſus ſum, eo quod praecipuam litteraturae noſtrae cognitionem ſaeculi XIV. XV. & XVI. mihi ea praeſeferre videretur: fuit enim in eo non minus ſoli, unde natales duxit, & aetatis,*

qua

qua floruit, quam ingenii, doctrinae, ſapientiae, & virtutum ſplendor, quem aut in nullo eruditorum umquam, aut in pauciſſimis certe, animadvertere liceat. En itaque primum hujuſce laboris mei volumen tibi lubens offero amice lector, in quo dimidiam tanti viri pro Rep. Litteraria praeclare geſtorum ſeriem non ſine admiratione contemplaberis, quam profecto negligentia temporum ex hominum memoria paene deletam, mihi incredibili labore in lucem revocare datum eſt. Reliquum vero, quod ad cultioris ejus vitae partem adtinet, qua occaſione celeberrimae illius Academiae Platonicae, *cujus* Landinus *Princeps fuerat conſtitutus, acta, viroſque illuſtres in ea adſcriptos referam, maximo patriae eruditionis adparatu concinnatum, tibi quamprimum offerre ſe poſſe confidit* Ioſeph Rigaccius *Bibliopola noſtrae Urbis celeberrimus ob inlatos ex longinquis etiam regionibus, noſtris bibliopolis vix antea cognitos, libros de patria optime meritus, qui operis huiuſce editionem propriis impenſis facere adgreſſus eſt; & brevi temporis intervallo diverſorum doctiſſimorum Hominum cura, meaque opera,* Angeli Politiani *univerſa opera inedita cum vetuſtioribus MSS. conlata plublici iuris facere nobiſcum conſtituit.*

tuit. Hoc vero primum volumen iam tranſacta aeſtate vertente prodire debuerat, niſi negligentia impreſſorum, & meum deinde Vindobonam iter, & illic per ſex continuos menſes mora, praeter exſpectationem meam, obſtitiſſet. Hiſce, & aliis potiſſimum impedimentis, quae ne exoſus ulli videar praetereunda ſunt, factum eſt, ut barbari Typographi opus neglexerint, mihique nonnulla errata commiſerint, quae in ſecundae partis calce mihi corrigenda erunt, adeo ut reliquum, quod ad primum hoc volumen conficiendum defuerat, a Typographo Albizinio *repetere, &* Bernardo Paperinio *diligentiſſimo viro tradere, ut tamdem in lucem prodiret opus, coactus fuerim. In hac itaque prima parte nonnulla de illuſtrioribus viris agri Caſentinatis, ex quo originem ſuam* Landinus *duxit, clariſſimos* Chriſtophori *maiores, eius primaeva ſtudia, Mediceae gentis in eum beneficentiam, doctorum hominum amicitias, iuveniles exercitationes, atque amores, in Gymnaſio deinde Florentino ſedulam in erudiendis diſcipulis operam, diſcipulorumque praeclariſſimorum Catalogum, & alia eius edita opera intueare: ideo vero quamplures eius elegos partim ex libris* Xandrae *deſumtos retulimus, quamquam editos inter Carmina*

mina illuſtrium Poetarum, eo quod de primaevis eius annis obſcuriſſimis edifſererem. Denique nec tibi ignotum velim, amice Lector, quod in maxima noſtrae felicitatis parte reponimus, viros noſtrae Urbis honeſtiſſimos, vix eos de inſtituto noſtro certiores fecimus, omnes uno quaſi animo ad coniungendas mecum curas conſpirare viſos eſſe, & labores ſuos & ſcrinia omnia nobis liberaliter recludendo, noſtrum magis atque magis opus plurimum locupletaviſſe. Primus itaque ex his, praeclariſſimi nominis vir, qui ad omnem honeſtatem, & ad amplificandum litterarum decus nobis divinitus datus, opportune ſemper Muſis noſtris amicus contigit, Ioannes *eſt ille* Lamius, *omnifariis doctrinis incomparabilis & inſignis.* Salvinus *deinde* Salvinius *Canonicus Florentinus*, Bindus Simon Peruzius, *aliique clari Homines patria eruditione praeſtantiſſimi, qui Florentinam litteraturam mirifice auxerunt atque locupletarunt, & noſtra plurimum ſtudia, induſtriamque, humaniſſime confirmarunt.*

Digitized by Google

Beatrix. Eliſabeth. Thaddaeus.

Laura. Bernardus.

Chriſtophorus, *Orator & Poëta*.

Barptolemaeus.

Chriſtophorus.

Andreas. 1360. Franciſcus. *Poëta Laureatus*.

Petrus. 1350. Iacobus. *Pictor*.

1289. Landinus.

NATVS

Digitized by Google

RERVM GESTARVM CHRISTOPHORI LANDINI

ALIORVMQVE

VIRORVM CLARISSIMORVM

PRO REP. LITERARIA

COMMENTARIVS.

§. I.

CAſentinum regio eſt xx. lapide ab urbe Florentina ad Orientem diſtâns, crebra fortunae varietate ad memoriam poſteritatis inſignis. Ea olim in dominio, et poteſtate Regulorum erat; (1) donec ipſam Florentini, paullatim, qui acrius obſtabant, edomitis, in ſuam ditionem rèdegerunt (2). Pingue ſoli eſt uber, et aquis abundans, quae ex rupibus eminentibus defluunt, nemora praealtis

denſiſque arboribus virentia, colles foecundiſſimis vitibus hilares, oppida denique, aut propter loci ſitum, aut hominum induſtriam, perpetuo incolarum, exterorumque, commercio uſque celebrantur (3). Illorum autem ſicut ingens ſemper fuit gloria, ob antiquam originem (4), copiam, ſplendorem, ac virtutem civium; ita & hoc in primis praeclarum habuere, ac ſingulare, quod viros produxerint, tam religioſiſſima vivendi ratione (5), quam omni honoris genere inſignes, ut Epiſcopos (6), Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinales (7), Pontifices Maximos (8), magnorumque exercituum Imperatores (9); quibus etiam non pauci addendi ſunt, qui non vulgaris doctrinae gloria maxime floruerunt (10). Eruditi enim fuere *B. Ioannes Tanius* (11), *Dominicus a Corella* (12), *Dominicus Burchiellus* (13), *Franciſcus Bernius* (14), *Hieronymus Radiolenſis* (15), *Clemens Thomaſinus* (16), *Angelus a Corſiniano* (17), aliique quamplurimi.

(1)

(1) Ab antiquis uſque temporibus *Guidones* Comites, Caſentini Dominos fuiſse, liquido patet ex hiſtoria eiuſdem Familiae a *Scipione Ammirato* conſcripta, & ex ſubiecta inſcriptione, ad portam Fronzoleam appoſita, in oppido Puppii, quae adhuc ita legitur:

✠ D. D. Anno M CC LXI Ind. IIII.
Die Dominico III Februarii Exeuntis Domini
Magnifici Comites Guido Novellus & Simon
Fratres & Filii Magnifici Guidonis Dei
Gratia Palatini Tuſcie & Magnifice Domine
Comitiſse.
Ioanne Fecerunt Incipere Edificare Portas
& Muros Caſtri
Puppii Iam Ab Atila Dei Flagello Deiecti.

Supra vero Portam Porrenam haec ſculpta ſunt carmina:

Nomine dulceſco Puppium quaſi puppa niteſco
Dulcia do gratis & rebus abundo beatis.
Servio Guidoni Comiti Comitique Simoni.
His in comuni dominis famulabor & uni
Qui me deiectum vera probitate refectum
Nunc retinent lete pacis gaudendo quiete.

Sequens etiam reperitur inſcriptio in Eccleſia extra Caſtrum, quae dicitur *Coenobium Certomondi:*

Anno Domini M.CCLXII. Ind. V. Feliciter
Comites Guido Novellus & Simon Filii Olim
Domini Guidonis
Dei Gratia In Tuſcia Palatini Hanc Eccleſiam
Edificari Fecerunt

Ad Honorem Dei & Beate Marie Virginis
S. Franciſci . S. Ioannis
Evangeliſte & Omnium Sanctorum.

(2) Non ſemel a Florentinis Caſentinenſes victi, ac profligati fuerunt; verum prae caeteris *Nerius Capponius* A. MCCCCXL. illis fatale bellum intulit, adeo ut Comes Puppii, Caſtrum, & imperium Florentinis cedere, & fugam capeſsere coactus fuerit, ut narrat *Silvanus Razzius* in vita *Coſmi Medicei* Senioris. De eiuſmodi autem praelio Codex MS. adſervari in *Riccardiana* Bibliotheca, in Vol. XXIV. Rerum ab *Antonio a S. Gallo* ſcriptarum, perperam aſseruit *Iulius Niger in Hiſtor. Flor. Script.* dum nihil aliud ibi exſtat, quam tituli operum, non revera ipſa opera a dicto *Antonio* exarata. Ad hanc quoque rem mire faciunt, quae ipſe *Landinus* in Elegia ad *Paullum* Mathematicum, in qua eumdem, ne bellum timeat Aragonenſe hortatur, ita cecinit:

Namque Caſentinas quicquid poſſederat olim
Regulus, antiquae ſtirps generoſa domus;
Omne Fluentino nova praeda adiungitur agro.
Sic, o ſic quiſquis foedera rumpit, eat.

(3) Fr. *Leander Albertius in Italiae Deſcript.* „ Egli è Caſentino molto ameno, et fruttifero „ paeſe, abondante di grano, di vino, e di altre „ coſe neceſsarie per l' uſo de' mortali. Et vi „ ſono molte contrade, et caſtelle piene di po- „ polo. „ Celebriora autem Oppida iuxta citatum auctorem, & *Thomam Dempſterum De Etruria Regali* T. II. Lib. V. C. XV. ſunt; in agro, Romena. Burgum Collinae, Puppium, Bi-

biena,

biena, & ad Arni fontes, Porcianum, Stia, Pratum Vetus.

(4) Nonnulla de Caſentini oppidorum antiquitate caute delibanda ſunt ex Libello *Scipionis Mannucci*, cui titulus: *Le Glorie del Cluſentino*, ex Hiſtoria *Comitum Guidonum*, a *Scipione Ammirato* conſcripta; ex *Thoma Dempſtero De Etrur. Reg.* Tom. II. Lib. V. Cap. XV. & *Volaterrano De Reb. Ital.*

(5) Floruit quondam viris morum integritate inſignibus Caſentinum; in ſuo enim ambitu tria Coenobia toto orbe celeberrima continet; Montem ſcilicet Alverniae, Eremum Camalduli, & Aſceterium Vallis Vmbroſae, Florentinae ditionis ornamentum, ac decus. Atquè hic quidem obſervatione dignum eſt, memoriae proditum eſse, ex hac Valle maxima ſibi incrementa repetere Muſicam Artem, quae ibi a Guidone Arretino novis inventis locupletata fuit, atque exornata; ſi credamus *Io. Buſſieres S. I. in ſuis Floſculis hiſtoriarum* ſub Anno MXXIV. ubi ait: „ Hoc „ tempore Muſica incremento magno promota „ eſt, invento *Guidonis Arretini*, qui circa an- „ num MXXIV. ſex notas illas vulgares com- „ mentus eſt ad iuvandam eximiam diſciplinam, „ faciliuſque diſcentium animis imprimendam, „ aliquo humanitatis levamento, ut cum litte- „ rarum iacerent ſtudia, ars honeſtiſsima eſset „ in pretio: & pietati conſultum in Monaſterio „ Vallis Vmbroſae, quod anno MXXX. in Apen- „ nini iugo conditum, magnis incrementis, il- „ luſtrique virtutum ſplendore ad poſteros ve- „ nit. „ Diſcrepat ab huius auctoris ſententia *Carolus Sigonius* Lib. VIII. *Hiſt.* ſub A. MXXVIII. *Ordinus De Script. Eccl.* & *Attilius Aleſſius*, in adſignando auctore, & inventi anno; ita autem

Aleſſius ait, in *Hiſt. Antiq. Vrbis Arretinae*, quae MS. in Bibliotheca *Riccardiana* adſervatur: „ E „ oltra di queſto, l' arte Muſica, che i Cineſi „ con maraviglioſe lode eſaltano, la quale non „ ſi vergognò Socrate imparare, eſsendo di anni „ LXXX. molto accrebbe, e nobilitò il *Fonte* „ negli Eccleſiaſtici canti. *Guido* dipoi Monaco „ e Abate di Camaldoli, fu negl' anni della ſa- „ lute MXXXIV. Trovò coſtui con gli articoli „ delle dita della ſiniſtra mano nuove note, e „ modi di cantare, delle quali ſin oggi ſi acco- „ modano i Muſici nelle ſcuole; è queſto *Guidone* „ di Arezzo lodato aſsai dal Padre della volgare „ Poeſia *Franceſco Petrarca* nelle ſue rime, in „ Toſcana lingua, inſieme con l' eccellente Iu- „ riſconſulto *Cino* da Piſtoia &c. „ Alia memorat Coenobia ſanctitate inſignia *Ioſeph Mannuccius* in eo libro vernacula lingua conſcripto, cui titulus: *Giunta alle Glorie del Cluſentino* pag. XXXI. & ſeq. ſed cum pluribus, & anilibus fabulis eorumdem principia, atque incrementa ſcateant, ea facile praeteribo. Nomina vero virorum vitae integritate illuſtrium, legenti occurrent a pag. XXXV. ad pag. uſque LVIII.

(6) Quamplures extiterunt, qui Epiſcopatu decorati fuerunt; quos inter praecipue ſequentes recenſendos eſse arbitror F. *Angelus Feduccius* Bibienenſis, ex Ord. Minorum, qui poſtquam Legati Apoſtolici munere, ſumma cum laude functus eſt; *Vrbani V. & Gregorii XI.* per annos ferme decem apud Ligures, Florentinos, Piſanos, Lucenſes, demumque apud *Caſimirum* Poloniae Regem, & *Carolum* IV. Imperatorem Legatus renunciari meruit. Queis rebus factum eſt, ut a *Gregorio* XI. Epiſcopatus Piſau-

ſaurienſis honore nobilitaretur A. MCCCLXXIII. vir enim erat inviſtae virtutis, Chriſtianae ſapientiae, ac pietatis Eccleſiaſticae exemplar, in agendis rebus prudens, cautus, ac multiplici experientia probatus. Verum uti *Clementis* VII. fautor, Epiſcopatu privatus eſt ab *Vrbano* VI. A. MCCCLXXXI. Vid. *Marcum Vlyſſiponenſem* Part. II. Lib. IV. C. XXXIII. *Hiſt. Fr. Minor.* & *Caeſ. Clementinium Hiſt. Arimin. Vghell.* T. II. *Ital. Sacr.* & *Vadinghium in Hiſt. Script. ſui Ordinis. F. Ant. a Terrinca in Theatr. Minor.* Nec praetereundus eſt *Matthaeus Gryphonius* a Puppio Ord. Vallumbroſ. qui primo ab intimis *Clementis* VII. ab hoc deinde Muriani Epiſcopus A. MDXXVIII. creatus, tandem a *Paullo* III. ut *Vghellius* notat T. VI. *Ital. ſacr.* Eccleſiae Triventinae Pontificatu fuit inſignitus, A MDXL. ubi poſtquam magnum ſibi in omnes meritorum cumulum comparavit, e vivis exceſsit Nonis Aprilis A. MDLXVII. aetatis vero ſuae LXXX. Conditum eſt eius corpus Romae in Sacello eiuſdem Familiae in templo *D. Marcelli* vide *Simium in cat. cit.* Nec mei ipſius muneri a me ſatisfaſtum arbitrarer, ſi *Alexandrum Mazzam* tacitus praeterirem, qui Epiſcopus Fori Sempronii A. MDLXIX. a *Pio* V. Papa creatus, poſtquam Pontificatum uſque ad *Gregorii* XIII. tempora geſsit, Paduam ſe recepit, ubi diem ſuum obiit. Vid. *Vghell. Ital. Sacr.* T. II. n. XXXVI. Praeter iſtos alii etiam Praeſules minoris notae a *Ioſepho Mannuccio*, in libro, cui titulus: *Giunte alle glorie del Cluſentino* &c. qui annos, nomina, & geſta ſingulorum mire confundit pag. CV. recenſentur; quos brevitatis gratia omittimus.

(7) In his maximam doſtrinae gloriam ſibi comparavit *Bernardus Tarlatus*, quem perperam

Tallatum vocat *Coronellius*, *Morerium* ſequutus in *Lexic. Univerſ.* alio autem nomine *Divitius*, *Petri* Mediceae domus defenſoris acerrimi filius. Bibienae IV. Nonas Auguſti A. MCCCCLXX. lucem adſpexit. Maiores eius ex Arretina urbe civilibus armis deturbati, atque expulſi, Bibienam Caſentini oppidum immigraſſe, ridiculo prorſus figmento fabulantur Sciptores, in hunc modum. Quum omnes, frumenti inopia, non caritate ſolum annonae, ſed fame etiam laborarent, e *Tarlatis* unus, qui magnam frumenti copiam in horreis adſervabat, incolarum calamitatis miſericordia commotus, apertis horreis, frumentum ſingulis inedia paene conſumtis gratuito elargitus eſt. Qua ex re maxima apud omnes gratia ſibi comparata, ut ſingularis huiuſce facti apud poſteros vigeret memoria, *Tarlatorum* cognomen, in illud *Divitiorum* commutavit. Ex hoc igitur, cuiuſcunque ſit generis, ortum ſuum duxit *Bernardus*, qui Florentiam annum agens IX. miſsus eſt, ut apud *Petrum* fratrem, cui *Ficinus* epiſtolam mittit, lib. II. Epiſtolarum; cum hac inſcriptione: *Petro Divitio literis & moribus ornatiſſimo*; ingenuis artibus imbueretur. Ab hoc in Mediceam domum admiſſus, cum literatis viris ſummam iniit familiaritatem; ut tenera aetate puer indigitaret, qualis iam matura vir eſſet futurus. Nec ſpem omnium certe, & exſpectationem fefellit exitus; quum enim ad XVII. aetatis annum perveniſset, concinnas ſcripſit epiſtolas, & carmina condidit; adeo ut brevi dignus fuerit, quo *Laurentius Mediceus* ab intimis Epiſtolis uteretur, ut *Aſcan. Condivius* notat in *Vit. Michael. Ang. Bonarotae*. Quare in epiſtola ei a *Ficino* miſsa, *Laurentii* amanuenſis, familiariſque amantiſsimus nuncupatur, eiuſque praeſidium im-

imploratur Lib. X. Epiſtolarum. Eius curae *Ioannes Mediceus*, deinde Cardinalis, ut eiusdem negociis praeeſset, commiſsus eſt. Quod munus, teſte *P. Auguſtino Oldoino* Tom. III. *in Ciaccon.* tam praeclare geſsit, ut eius induſtriae Summi Pontificis *Leonis* X. dignitatem nonnulli adſcribant; eo quod pericula multa, laboreſque innumerabiles pro *Medicea Domo* invictus ſemper obierit. Quibus rebus factum eſt, ut quamprimum in Cardinalium numerum cooptaretur, titulo S. Mariae in Porticu A. MDXIII. Kal. Octobr. non MDIV. ut errant *Coronell.* et *Morer.* l. c. & alii. Tanto itaque honore decoratus, ita pietate, virtute, clementia, animi magnitudine, ac ceteris, quae in Principe requiruntur, virtutibus enituit, ut non modo nulla in eo reprehenſionis nota reperiri poſset; ſed omnia potius illius geſta communem ſibi laudem mererentur; unde & legationes plurimas obivit, & innumeris honorum titulis inſignitus fuit. Quantum autem ingenii ſagacitate polleret, indicio eſt Comoedia illa in gratiam *Iſabellae*, Ducis Mantuae Vxoris, ab eo conſcripta, quae profecto tanto eſt ubique lepore, atque urbanitate reſperſa; ut in eo ſcribendi genere, ne ipſi quidem *Plauto* cedere videatur, teſte *Oldoino* l. c. Qua de re, tam magnifico ſumtu, atque apparatu geſta fuit in Vaticanis ludis Lupercalibus; nihil ut in ſcenam pulchrius, elegantiuſve prolatum umquam fuiſse, praeter citatum *Oldoinum*, teſtetur *Balthaſſar Caſtellioneus* in Opere inſcripto *il Cortigiano*; & in Epiſtola ad Comitem *Ludovicum Canoſam*, quae apud *Dionyſium Athanaſium* exſtat, inter Epiſtolas facetas, Venetiis An. MDLXXXII. in lucem editas. Cuius teſtimonio adſtipulantur etiam

etiam *Io. Matthaeus Thuſcanus* in *Peplo Italiae Lib.* II. Cap. XXXIX. *Paulus Iovius in Elogiis*, & *Fr. Leander Albertius in Italiae Deſcriptione*, *Auberi Hiſtoires des Cardinaux*, & *Ioannes Palatius in Faſtis Cardinal.* Praeter illam Comoediam, plures etiam ſcripſit Epiſtolas quae in citata leguntur *Athanaſii* Collectione, Part. 1. Ep. prim. & alibi. Quae quidem eius ſcripta quamvis ab *Io. Baptiſta Giraldio Cynthio* iniuſte carpantur in ſuis Sermonibus, *De Fabulis & Tragoediis*; a pleriſque tamen iure optimo laudantur, quemadmodum ab *Leone Allaccio* in ſua Drammaturgia, ab *Areoſto*, qui in Poemate, vulgo *l' Orlando Furioſo* Cantu XXVI. Carm. XLVIII. ita cecinit.

Quivi un Bernardo tra primi ſi leſſe,
Che Merlin molto nel ſuo ſcritto apprezza.
Fia nota per coſtui, dicea Bibbiena,
Quanto Firenze ſua vicina, e Siena.

ab aliiſque quamplurimis, quos *Oldoinus* profert. Hunc autem immatura morte praereptum fuiſse A. MDXX. V. Idus Novembris, ſcribit laudatus *Thuſcanus*, *Morerius* l. c. *Iovius in Elogiis*, dum ait, quod violenta illum mors, ſperato Pontificio apice, fruſtravit. Eius funus eleganti oratione proſequutus eſt *Latinus Iuvenalis*, *Divi Petri* Canonicus, quam manuſcriptam ſe vidiſse teſtatur *Vghellius*. Eiuſdem imago chartacea conſpicitur in Eccleſia *S. Mariae*, vulgo *del Saſſo*, apud Bibienam. Tanti viri denique obitum prae ceteris luget *Ioannes Latomius*, elegantibus inſcriptis carminibus. Vide etiam nonnulla ſparſim, & obſcure ſcripta, quae ad eius vitam exactius exarandam ſpe-

ſpectant, apud *Ioſephum Mannuccium* in additione citata pag. CXXVI. & ſeqq. Denique ab *Nicolao Angelio Bucinenſi* A. MDXVI. *Bernardo* noſtro dicantur *Marci Tulli Ciceronis* libri De Natura Deorum &c. ubi ita Epiſtola Nuncupatoria clauditur: *Has lucubrationes, Pontifex permagne, Tuo nomini nuncupamus, & hoc Te munuſculo donatum volumus, non quia eius generis eſt, quo hominum memoria ad poſteritatem vivit, maiore namque ſono eadem ipſa virtutum tuarum maieſtas, miraque ingenii ſollertia, maximis rebus, domique, & foris, egregie gerendis nata, quae Te ad iſtam ſublimitatem ſola evexit, ad ſummum adhuc rerum faſtigium ſpectans, Tuum nomen illuſtre aeternitati ſacrabit, ſed ut a Leone Pont. Max. altero orbis ſole, cuius ille auſpiciis, ſociiſque conſiliis, rem Chriſtianam eximia pietatis gloria ſubſtinet, opem Latinis literis, quae brevi ſyderum lapſu, niſi publica, ac Pontificia cura tam miſerae iacturae occurratur, ad ultimam internecionem tendunt, mature implores. Vale, & longum, & nobis, & religioni vive.*

(8) Ad Pontificium ſolium evectus fuit, quamquam non legitime, *Ioannes* ex illuſtri *Vngheriorum* familia, oriundus e caſtro *Puppi*, ſi *Mannuccio* credimus l. c. Is in ordinem Vallumbroſanum Abbatiae *S. Fidelis* Strumenſis, cuius V. Abbas fuit, cooptatus eſt. Hoc *Vngheriorum* cognomen *Ciacconio*, aliiſque errandi anſam praebuit; dum *Ioannem* hunc revera *Vngarum* natione, & cuiusdam Abbatiae, quae in Hungaria non reperitur, Praeſidem fuiſse arbitrantur. Is a *D. Martino* Generali XI. legatus, una cum *Andrea* Abbate *S. Benedicti* Placentiae, ad *Fridericum Abenobarbum* Imperatorem miſsus eſt, ut ab eo auxilium imploraret, dum Vallumbroſanus Ordo diverſis Schiſmati-

matibus agitaretur. Quo in munere quantum, & facundia, & gratia profecerit, ex eo maxime intelligi poteſt, quod in tantam Imperatoris familiaritatem ſe inſinuavit, ut duo ampliſsima privilegia pro ſua Congregatione obtinuerit, quae in Archivio Vallis Vmbroſae exſtare adfirmat *Eudoxius Locatelius* in Vita S. *Io. Gualberti* Lib. II. Cap. XXI. & deinde eius a ſacris, atque a conſiliis intimis fuerit renunciatus. Neque id ſatis fuit: mortuo enim *Paſchale* III. Antipapa, *Guidone a Crema* dicto, *Ioannes* Antipapa III. contra *Alexandrum* III. verum Pontificem, iterum ab ipſo Imperatore electus eſt, qui *Calliſti* III. ſibi nomen aſcivit. Verum, pace inter *Alexandrum*, & *Fridericum* Venetiis inita, A. MCLXII. iuxta ſcriptores paene omnes, *Ioannes* ultro ſe ad Pontificis pedes contulit, & veniam petiturus procubuit libentiſsime, ut fuſe narrat *Romualdus* Epiſcopus Salernitanus, cuius verba adfert *Simius* in *Catalogo Srtpt. Ord. Vall.* ab eoque aequo animo ſuſceptus eſt. *Ioannem* hunc, *Marius Vipera*, *in Chronolog. Archiepiſcop. Eccleſ. Beneventanae*, *Vghellius* Tom. VIII. *Italiae Sacr.* aliique, ab eodem *Alexandro* Archiepiſcopum Beneventanum creatum fuiſse, paucoſque menſes poſt eam dignitatem ſuperfuiſse, teſtificantur. At de hoc ne verbum quidem profert *Baronius*.

(9) Fuit & conſpicua in re militari Caſentinenſium virtus. Teſtes eſse poſsunt Comites illi excellentiſsimi, qui ſuos populos non ſemel ab Arretinorum, Florentinorum, aliarumque gentium potentiſsimarum, incurſionibus ſtrenue vindicarunt. Ab *Scipione Ammirato* memoratur *Franciſcus Nathius*, unus ex Comitibus ſtabuli Reip. Florentinae, ſub anno MCCCCLVI. de

quo

quo nonnulla etiam tradit *Mannuccius* lib. c. pag. cxviii. Poſterioribus vero temporibus inter claros duces ab eodem *Mannuccio* recenſetur *Laurentius Pultrius*, cuius honorificum monimentum, cum Epigraphe, in maiori Bibienae Eccleſia ſculptum, *Iulianus* filius A. mdxciii. memoriae eternae dedicavit.

(10) Literatorum virorum tantus eſt numerus, ut ſi eorum geſta ſingillatim percurrere vellem, non breves notas, ſed immenſae molis volumen conſcribere mihi opus eſset. Ex Necrologio percelebri, quod in Bibliotheca eſt S. *Mariae Novellae*, habetur, A. mcccxlviii. die VIII. Maii, ex hac vita exceſsiſse *Iacobum*, in D. *Dominici* Ordinem adſcriptum, è Romenae vico oriundum, Sacerdotem, &. Concionatorem eximium. Praeter hunc, occurrit etiam *Thomas*, qui in Sorbonica Vniverſitate ſtudiis operam navavit, ac proinde egregius Chriſtianae fidei praeco evaſit. Nec non magnam ſibi doctrinae famam comparavit *Rainaldus*, qui poſtquam in Anglia, ac praeſertim Pariſiis, ſtudii gratia diu commoratus eſt, Doctoris ſibi lauream meruit, deinde Profeſſor Peruſii, Senis concionator, & Provincialium & Generalium Capitulorum Definitor fuit renunciatus. Obiit tandem VIII. Idus Maii A. mccclxx. ut patet ex citato Necrologio.

(11) Chitignanum, quod ſub Alpibus Catharinae iacet, B. *Ioannem Tanium*, quem Florentinum nobilem appellat *Venantius Simius in Cat. Vir. illuſtr. Ord. Vallumbr.* virum & probitate, & doctrina praeſtantem produxit. Exſtant eius non minus pietatis, quam non communis doctrinae egregia monimenta: *Volumen* ſcilicet *Epiſtolarum*: *Tractatus de Poenitentia*: *Liber de Moribus*

ribus Beatiſſimae Virginis, vernaculo ſermone conſcriptus, aliaque. Ita vero pure, atque eleganter ſcripſit, ut accuratiſsimi Vocabulari Furfurei collectores, eius operum teſtimonio uterentur; egregius inſuper orator, & eques *Leonardus Salviatus* in Lib. I. *degli Avvertimenti* pag. cxxxi. eius Epiſtolas maximi facit; adſeritque illarum Volumen in *Laurentiana* Bibliotheca adſervari. *In queſte Piſtole*, inquit, *hà qualche voce anticha, ma aſſai poche; e i parlari, e la dettatura apparon così novelli, che per moderni in tutto ſi prenderebbono, ſe il tempo non foſſe eſpreſſo*. Anno enim MCCCXLII. & MCCCLXXIII. fuerunt conſcriptae. De honeſta vero eius vivendi ratione vide *Eudoxium Locatellium in Vit. S. Io. Gualberti* Lib. II. Cap. XLI. De eius familiaritate, qua apud B. *Catharinam Senenſem* utebatur, adiri poteſt Praeſul *Franciſcus Cataneus Diaccetus* in Dedicatione Vitae S. *Romuli*, Sereniſsimo Magno Etruriae Duci *Franciſco* miſsa.

(12) F. *Dominicus a Corella*, non Cluſii, ut ait *Raphael Badius* Ordinis Praedicatorum Scriptor; nec Florentiae, ut *Poccíantes*, *Niger*, aliique; ſed in oppido inter Dicomanum, & S. Gaudentium ſito, quod Corella vulgo appellatur, natus eſt A. MCCCCIII. ſi V. C. *Ioſepho Cerracchino* fides habenda eſt. Ordinem Praedicatorum ingreſsus eſt; ubi praeclara pueri indoles ſui Ordinis Sociis, ipſum praeſtantiſsimum evaſurum nunciabat. Neque eos fefellit opinio; iam enim adoleſcens factus, diligentius ad literarum ſtudia incumbere coepit, ita ut ante multos coaevos ſuos proficeret, & brevi ad ſumma honorum faſtigia perveniret; legens enim aſſidue, ac diſputans, maximam in dies laudem

&

dignitatem, & gloriam conſequebatur. Quas ob res per omnes gradus adſcendens, ita dicendi ornatu, ac eloquentia polluit, ut literatum hominem, iuvenem virtutis indole praeditum, & amicum ſuum *Ficinus* vocaverit Lib. X. Epiſtolarum pag. DCCCCXXXVI. edit. Pariſ. Anno praeterea MCCCCXXXIV. Theologici Magiſterii inſignibus honeſtari meritus eſt; & paullo poſt coram *Eugenio* Pontifice, qui per id temporis Florentiae morabatur, ac reliquis Curiae Proceribus, ornatiſsime, & laudatiſsime peroravit. Quo tempore prae reliquis hominem hunc, mirum in modum colebat, pro ſuis virtutibus Hieroſolymitanus, & Venetus Patriarcha, utpote qui plurimum apud *Eugenium* ipſum poterat. Fuit in hoc ſumma inceſsus, & verborum gravitas, & naturalis quaedam in capiendis conſiliis prudentia. Prior tandem Coenobii conſtitutus, tantum apud omnes exiſtimationis conſequutus fertur, ut mox ex ea dignitate, Provincialis Thuſciae renunciatus fuerit. Ex hoc deinde magiſtratu, cui per plures annos praefuit, cum receſsiſset, & ad ſua ſtudia, ex publicis occupationibus eſset reverſus, quieti ſuae plurimum intendit. Humanarum literarum amore admodum capiebatur, non quod ſacras literas faſtidiret, ſed quia ab eorum maxime dulcedine adliciebatur. Nec vero quiete illa ſua diutius frui eidem licuit, fuit enim Florentinae Provinciae cura iterum illi demandata, praefuitque universo Praedicatorum Ordini per annum integrum, & ſex menſes, tanta omnium adprobatione, ut eiuſdem Ordinis Magiſter profecto fuiſset creatus, ni Generale Capitulum in remotiſsimis partibus, in Britannia

nia ſcilicet, in Nannetenſi urbe celebratum fuiſset: ubi notandum eſt, invidiam, & ambitionem hominum plurimum eius dignitati obfuiſse. Electo igitur Ordinis Magiſtro *Martiali Auribello* Avenionenſi, e Capitulo regreſſus, paullo poſt quieti ſuae reſtitutus fuit, in qua plures annos vitam ab omni muneris gravitate ſecuram traducere potuit. Quo interim tempore, cum ad pietatem eſset propenſus, volumen conſcripſit ſermone nitido, & eleganti *De Vita & obitu Beatae Mariae ad Petrum Medicem, Magni Coſmi filium*, in IV. partes diſtinctum. In prima agit *de vita, & obitu eius:* in ſecunda *De eiuſdem mortalitate, & gloria;* in tertia, & quarta *De Templis Romae, & in Hetruria Virgini dicatis;* cuius operis fragmentum nuper protulit vir omnium doctiſsimus *Io. Lamius in Delic. Erud.* Servabatur huius operis MS. codex membranaceus Mediolani, in Bibl. D. *Mariae Gratiarum* Frr. Praedicatorum, tempore *Antonii Senenſis* eiuſdem ordinis, qui illud ſe legiſse ibi fatetur. Extat etiam Florentiae in *Laurentiana*, *Gaddiana*, aliiſque noſtrae urbis Bibliothecis. Quae cum ita ſint, errat procul *Leopoldus del Migliore in Flor. illuſtr.* aliique, qui credunt, tenui ſiſi auctoritate, *Iacobi Cocchi Donati*, non *Dominici* noſtri opus eſse illud, cum haec verba notata in quodam codice Bibl. Frr. Minorum D. *Franciſci* Omnium Sanctorum Florentiae invenerint: *Queſto libro, che tratta di noſtra Donna Glorioſiſſima, è di me Srittore Iacopo di Niccolò di Cocco Donati Cittadino Fiorentino.* Sub hiſce verſiculis alia haec leguntur: *Iſtum librum largitus eſt praefatus Iacobus Ni. Cochi*

libra-

librariae Salvatoris hac die IV. *Octobris* MCCCCLXXV. pro remedio animae ſuae: *Io. Iacbopo Cochi così affermo* . Is anno MCCCCLXXIV. vexillifer Iuſtitiae, & populi Florentini, fuit. Verum, qui ita opinatur, non animadvertit, haec verba, liquido, non auctoris, ſed Scriptoris nomen indicare, cum deinde ſequens hic legatur libri titulus: *F. Dominici Ioannis, Theologi Florentini, Ord. Praed. ad Petrum Mediceum Illuſtrem Civem Florentinum.*

Argumentum ſequentis libri feliciter incipit:

Virginis cultor ſtudioſe Matris,
Quae Poli Regem peperit benignum,
Petre, quem ſemper tibi dedicavi,
Accipe librum.

Opus deinde incipit, & quidem ſic: *Sacri operis Theotocon de vita pariter, & obitu Dominae noſtrae Virginis Mariae, liber primus incipit feliciter*. In his autem verbis, abſolvitur: *Fuit finitum An. ſalutis MCCCCLXVIII.* Huius codicis mentio ſit a *Iac. Gaddio* Tom. II. *De ſcript.* f. CXLIX. & CL. his verbis: *In Bibliotheca Omnium Sanctorum Flor. extat codex in membrana ſcriptus, in quo ad Mar. Virginem ode Franciſci Patritii Sen. ſeu Theotocon F. Dominici Ioannis Theol. Flor. Ord. Praed.* Tanti viri doctrinam, omnia, non antiqua ſolum, ſed recentiora etiam monimenta teſtantur; de eoque honorifice loquitur Necrologium S. M. Novellae, B. *Ambroſius Traverſarius*, in ſuo *Hodeporico*, *Poccіantes*, & *Niger* in *Cat. Script. Flor. Proſperus Bernardi* Ord. Serv. in *Apologia de Virgine Annunciata*, *Badius in Catalogo Il-*

B *luſtrium*

luſtrium Virorum Academiae Florentinae *Hippolytus Marracius in Bibliotheca Mariana Vincentius Maria Fontana in Catalogo Script. Prov. Romanae*, Ordinis praedicti *Io. Baptiſta Caſottus in Memor. Hiſtoric.* B. Virg. Imprunet. qui & aliud exemplar vetuſtiſsimum operis Theotocon deſcribit. *Ioannes Lamius* in Delic. Erud. *Echardus* denique *in Bibliotheca Script. Ordinis Dominic.* qui omnes pari voluntate in eo laudando conſentientes cuivis legenti adparebunt. Iſte inſuper maiorem rem adgreſsus, Florentini populi Hiſtoriam ab ipſius urbis initio, permultis verſuum millibus, complexus fuit, eamque populo Florentino donandam cenſuit, cui & *Dantem* Poetam ediſserendo, & huiuſmodi libros edendo, plurimum profuit. Vid. cit. Necrologium, *Iulium Nigrum*, & *Lamium* locis proxime indicatis. Ab ipſo autem, *Nigro* memorantur etiam orationes, quibus *S. Vincentium Ferrerium*, & *S. Catharinam Senenſem* laudavit; carmina inſuper, & Hymni, in eorundem SS. laudem compoſiti, enunciantur a laudato *Lamio* l. c. Denique iam ſenio confectus, multiſque laboribus fatigatus, in morbum incidit, quem Apoplexiam vocant, eumque animo tulit aequiſsimo. Acceptis autem Eccleſiae Sacramentis, diem ſuum obiit IV. Calendas Novembris An. MCCCCLXXXIII. aetatis annum agens octuageſimum. Huius funus lugubri admodum apparatu Florentini Athenaei Collegium celebravit, debitum homini tam praeclaro, omnibuſque numeris abſolutiſsimo perſolvens. Ego autem brevem hanc de ipſius praeclare geſtis narrationem, ipſis Necrologii laudati verbis, ita abſolvam: *ſummam huius*

viri

viri laudem fuiſſe , quod cum tantis , ut praediximus dignitatibus praefuerit , in ſumma tamen paupertatis ſervitute tantopere vixit , ut pluribus ante obitum annis , communibus ſumtibus , vivendum illi eſſet , & moriens , ex publico iuſta funera perſolvendum . Requieſcat in pace . Fratres S. Mariae Novellae , ut tanti viri memoria apud poſteros magis ſervaretur , eius effigiem in Clauſtro magno eiuſdem Coenobii depingendam curarunt , hac appoſita inſcriptione . *Fr. Dominicus Corellanus Clauſinas Magiſter Vicarius Ordinis obiit A.* MCCCCLXXXIII. die XXVII. Octobris .

(13) *Burchiellus* , quem nonnulli *Michaelem Lonzium* appellant , poeta cerebroſus admodum fuit , atque iocoſus . Verum plerique in hoc ſcriptores conveniunt, hunc *Dominicum , Io. Tonſoris* vocatum fuiſse , ideo quod tondendi artem Florentiae in via , quae vulgo *Calimala* dicitur , exerceret , ut notat *Leopoldus del Migliore* in *Flor. Illuſtrat.* lib. I. & *Ioſeph Mannuccius* pag. CIX. e CXXXVI. l. c. qui ſe id e MS. quodam , in quo tali notatur nomine , arguiſse dicit . Omnes vero uno tantum *Burchielli* nomine appellabant , ut ex illius aevi monimentis patet . Hunc Bibiena oriundum dicit *Mannuccius* , reliqui vero Florentinum , cum ibi Artis ſuae matriculae aſcriptus fuiſset . Thuſcanica Epigrammata admodum urbana , pluribus iocis , ſubtilitatibuſque multis , & quidem inexplicabilibus , ut *Poccianes* ait , referta , edidit patrio eloquio . In ipſorum enodatione nonnulli elaborarunt ; inter quos *Io. Baptiſta Doniùs* , & noſtris temporibus *Io. Ant. Papinius* vir bonus , eadem ridiculis prorſus Com-

B 2 men-

mentariis. ſeu potius commentis, illuſtrare conatus eſt. Is igitur, quoniam alacri, acutoque ingenio praeditus erat, literatos plures, ut ſuam componendi methodum ſectarentur, excitavit. In quorum numero reponendi ſunt *Paullus Roſellus*, *Dominicus Vrbinas*, *Nicolaus Caecus*, *Petrus Tuccius*, *Franciſcus Albertus*, & *Antonius Alamannus*. *Leo* autem *Baptiſta Albertus*, & *Mariottus Davanzatus*, cum noſtro ſaepenumero facetis carminibus ludere conſueverunt. *Chriſtophorus Landinus Burchi* carmina, amico ſuo mittens, iis hoc inſcripſit Epigramma, quod *Papinius*, *Ioſeph Mannuccius*, l. c. & *Dominicus Maria Mannius De Flor. Invent.* pag. CXLVI. proferunt; manuſcriptum vero reperitur in libris *Chriſtophori Landini Xandrae*, cum hoc titulo: Ad *Io. Antonium de Carm. Burchi*

Plurima mitto tibi tonſoris Carmina Burchi.
Haec lege, ſed quid tum legeris? inde nihil.

Hinc eius nugas merito arguit *Petrus Arretinus* Lib. II. Epiſtolarum pag. CLXXXII. editionis Pariſienſis; cuius criminationes, ridicule quidem, diluere nonnulli conantur. Hoc nihil obſtante multos habuit ſui laudatores, *Vdenum* ſcilicet *Niſielium* Tom. V. *Progymnaſm. Poëtic.* pag. LXXXI. & Tom. III. pag. XXII. *Leonem Allaccium* Lib. *De Poët. antiquis* Neapoli A. MDCLXI. impreſso; *Antonium Grazinium*, Vulgo il *Laſca*, in *Burchi* carminum dedicatione ad *Curtium Frangepanium*, *Redium*, in Notis ad *Dithyramb.* pag. CXX. *Iulium Nigrium in Hiſt. Script. Flor.* & *Mannium* l. c.

Sua igitur Tuſcanica Epigrammata adhuc vivens Venetiis excudit A. MCCCCLXXV. quae rurſus

ſus ibidem, & alibi pluries impreſsa fuerunt.

(12) *Franciſcus Nicolai Franciſci Berni*, quamquam Bibienenſis a plerisque dicatur, attamen Florentia originem ſuam duxit, ut aperte innuit vir de patria hiſtoria optime meritus, & Canonicus Flor. *Salvinus Salvinius* in *Vitis Canonic. Eccl. Flor.* Quod etiam, ex ſequentibus *Berni* carminibus, ex Poëmate vulgo *l'Orlando Innamorato*, deſumptis liquido patet, ſcilicet ex *Lib. III. cant.* VII. *cap.* I.

Quivi era, non ſo come capitato
Un certo buon compagno Fiorentino,
Fu Fiorentino, e nobil, benchè nato
Fuſse il Padre, e nudrito in Caſentino;
Ove il Padre di lui gran tempo ſtato
Sendo, ſi fece quaſi Cittadino,
E tolſe moglie, e ſi accasò in Bibbiena,
Che una terra è ſopr'Arno molto amena.
Coſtui, che io dico, a Lamporecchio nacque,
Che è famoſo Caſtel per quel maſetto,
Poi fu condotto in Fiorenza, ove giacque,
Fino a diciannove anni poveretto;
A Roma andò dipoi, come a Dio piacque,
Pien di molta ſperanza, e di concetto
Di un certo ſuo parente Cardinale,
Che non gli fece mai, ne ben, ne male.
Morto lui, ſtette con un ſuo Nipote,
Dal qual trattato fu, come dal Zio,
Onde le bolgie trovandoſi vuote,
Di mutar cibo gli venne deſio,
Et ſendo allor le laude molto note,
Di un, che ſerviva al Vicario di Dio
In certo officio, che chiaman Datario,
Si poſe a ſtar con lui per Segretario.

Obiit

Obiit veneno, ut ferunt, à *Cardinali Hippolyto Mediceo* illi propinato.

(15) *Hieronymus Radiolenſis* Prior Abbatiae *S. Donati in Vincula*, inter ſcriptores Vallumbroſanos percelebris extitit, ut narrat *Simius in Cat. Vir. illuſtr. Ord. Vallumbroſ.* Scripſit imprimis vitam D. *Martae Virginis*, cuius amore vehementer inflammatus erat. Deinde mira *S. Io. Gualberti* geſta collegit, quod opus *Laurentio Mediceo* dicavit. Tractatus praeterea edidit *De Geſtis nonnullorum ſanctitate praeſtantium*, *De Tribus votis ſolemnibus*; *De Gradibus Humilitatis*; *De Virtute Patientiae*. Epiſtolas vero ab eo datas, ſacraſque lucubrationes quamplurimas reliquit ineditas. Ingraveſcente igitur aetate, diram corporis aegritudinem diu toleravit, ex qua poene conſumptus, ſeque morti in dies propiorem agnoſcens, in Eccleſiam deferri voluit, ante aram *Deiparae Virgini* conſecratam, ubi auguſtiſsimo Euchariſtiae Sacramento refectus, atque munitus, & ad cubiculum relatus, paullo poſt efflavit ſpiritum; receptaque ſinu aeterni Patris illius anima, corpus decenti honore humatum fuit, & tranſacto ſaeculo, inter alios venerabiles Vallumbroſani Ordinis Patres repoſitus.

(16) *Clemens Thomaſinus* a Puppio Ord. Minorum, ut patet ex *Ioſepho Mannuccio* pag. LXIV. Stpicae doctrinae adeo ſtudioſus fuit, ut mirum de eo feratur illud, quod interroganti cuidam ex diſcipulis ſuper aliqua dubitatione, ex tempore memoriter librum, capita, & omnia alia, uſque ad apices indigitaret ſingillatim. Concilio Tridentino Theologus pro ſuo ordine interfuit, Praefectus, ac Generalis in-

ſpector

ſpector Ordinis Minorum pluries ſuffectus, acerrimus in diſputando, ſuavis, & eloquens in concionibus, cum tandem ſenex Theologiam publice profiteretur, obiit A. MDLXXII. perpetuis relictis doctrinae ſuae non vulgaribus teſtibus, ac monimentis; quae omnia a *Franciſco Bocchio* in Elog. Lib. II. recenſentur ubi tamen *Thomaſinum* Florentia oriundum dicit. Vid. etiam *Cat. Illuſtr. Theol. Vniverſ. Florent.* alioſque quamplures.

(17) *Angelus a Corſiniano*, qui eſt locus prope Pupium, ut probat *Ioſephus Mannuccius* l. c. Ordinis Praedicatorum fuit; & ob praeclaras animi dotes, ab Sacra Academia Theologorum Vrbis Florentiae exceptus eſt Calendis Iunii A. MDLXXXV. Pietate, doctrinaque ita enituit, ut *Antonii Altovitae*, & *Alexandri* Card. *Medicei* Florentiae Archipraeſulum a ſacris ſit ſubfectus. Multa in lucem edidit, quae in Bibliotheca Dominicana S. Mariae Novellae Florentiae adſervata, luculentum ſapientiae illius perhibent teſtimonium. Sicuti pariter eiusdem doctrinam declarant plurima, quae geſsit, munera; imprimiſque ſacrae Conciones, in qubius ſeſe diu, facundeque exercuit pluribus in locis, ſed omnium maxime Vrbeveteri; ubi communi plauſu inter illius cives adſcriptus; deceſſit A. MDLXXXIX. Calendis Octobris. Vid. S. Mariae Novellae Necrolog. Vid. quoque *Mannuccium* pag. CLIV. C. L.

§. II.

§. II.

INter reliqua vero Pratum vetus eminet, oppidum, non tam natura, ſitu, et elegantia aedificiorum, quam incolarum ſagacitate clariſſimum (1). Ex hoc *Landinorum* gens, originem ſuam traxit, & iam inde a ſaeculo XIII. viros excellentiſſimos longa ſerie progenuit. Anno enim MCCLXXXIX. *Landinus Nati* F. militiam, ſequutus (2) eximium magnanimae virtutis ſuae ſpecimen praebuit; quod vel iis maxime facinoribus probatur, quae in Campaldinenſi praelio, contra Arretinos pro Florentina Republica geſſit, omnium acerrime! Huius inſitam animo bellicam virtutem animadvertens *Vierius*, ex nobili, et vetuſtiſſima *Circulorum* familia (3), et unus ex ſummis copiarum Florentinarum Ducibus, ut ipſe in ſua cohorte ſtipendia mereret voluit (4), cum ea praeſertim eſſet aetate, ut

non

non iam ſolum de eo bene ſperare; ſed etiam multum confidere cives poſſent ſui, talem futurum, qualem cognitum iudicavit. Is uxorem *Thiam* duxit, ex qua decem ſuſcepit liberos, inter quos dignum arbitror, qui ſilentio non praetereatur, *Iacobus* a Caſentino dictus (1), qui a *Thaddaeo Gaddio* pingendi artem mirifice doctus, ea tempeſtate, in maximo apud omnes ordines pretio, ac laude habebatur: & iure quidem; plurima enim, ac praeclara, cum in patria, tum alibi; Florentiae ſcilicet, & Arretii, virtutis ſuae, & ſagacis ingenii monimenta apud poſteros reliquit.

(1) In Necrologio percelebri, quod in lectiſsima Sanctae *Mariae Novellae* Bibliotheca Ordinis Praedicatorum adſervatur n. CXX. ita legitur *F. Chriſtophorus de Pratoveteri iuvenis totus ſecurus, & laetus, & ad ſcientiam bene aptus, exiſtens Peruſii ſtudens in logica, ſubdiaconus peſte percuſſus, ad Dominum ſuum ſiſtens, multos ſibi coetaneos ad aeternam requiem anteivit A. Domini* MCCCLXIII. *die* XXIII. *Februarii, decurſis in ordine annis tribus, quartum agens.*

gens. Saeculo XV. oppium hoc duo legum lumina nobilitarunt, *Antonius* ſcilicet, & *Ioannes* a Pratoveteri, quorum mentio ſit, a Clariſsimo *Guidone Panzirolio*, in erudito opere *De Claris Legum Interpretibus* inſcripto, Lib. II. Cap. I. Horum primus, a *Floriano a S. Petro* iuris Civilis elementa hauſit, & mox Senis A. MCCCCXLIII. circiter cum *Ludovico* Romano profeſsus fuit: ſequenti anno Bononiam conductus, *Franciſcum Arretinum* inſtituit, & *Vincentium Paleotum*, qui ius civile Bononiae docuit. Multa conſcripſit, ad legum enucleationem pertinentia, unde Palatinam dignitatem, & patriciam a Caeſare obtinuit. Patavii etiam iuvenes inſtituit, & *Pauli Caſtrenſis*, in eadem facultate enarranda comes fuit, ut ex albo Patavinorum Iuriſconſultorum deprehenditur. Eius ſigillum profert *Dominicus Maria Mannius* T. XII. vid. plura de eo apud *Nicolaum Comnenum Papadopolum* in *Hiſt. Gymnaſ. Patavin.* L. III. Sect. I. Alter vero Patavii *Barptolemaei Caepollae*, vel, ut alii malunt in matutina lectione iuris civilis una cum *Angelo Vbaldo*, Senioris *Angeli*, ex *Alexandro* filio, nepote, maximo auditorum plauſu docuit. Cum diu profeſsus eſset, deceſsit, relicto *Marco* filio, eximio cauſsarum patrono, ex quo nati ſunt *Ioannes*, ſacris initiatus, *Hieronymus* politiorum literarum peritiſsimus, & *Franciſcus*. Vid. cit. *Panzir.* Lib. II. C. CXIIII. Circa eadem tempora floruit *Barptolemaeus* de Pratoveteri dictus, natus ex honeſtiſsimo Patre *Felice* Tabellione. Hic e Bononienſi Academia, ad Piſanam arceſsitus fuit, ſub A. MCCCCLXXVIII. ut videre eſt, in aedibus illius Magiſtratus vulgo *le Riformagioni* Cod. II. qui ad res Academicas pertinet.

tinet. Ceterum fuit ille humanarum literarum profeſsor eximius, qui ab Anno MCCCCLXX. uſque ad MCCCCLXXIII. Rhetorices, Poëtices, & Graecae linguae praeceptoris, in Bononienſi Academia partes obierat. Vide diligentiſsimam *Stephani Mariae Fabrucci* in Piſano Lyceo Iuris civilis anteceſsoris clariſsimi recenſionem notabilium conductionum in iure Caeſareo A. MDCCXXXXV. in lucem editam §. XIII.

Nec *Angelus* quidem *Moroſinus* videtur nobis praetereundus, cuius pariter fama totum terrarum orbem pervagatur; ut notant *Iulius Niger* l. c. *Morerius* in *Lexico univerſali*, & *Ioannes Nicius Erythraeus*, qui tanti viri elogium nobis exhibet in *Pinacoth.* III. Elog. LIV.

Inter literatos eiuſdem loci viros reponendi mihi occurrunt *Iacobus*, & *Cornelius*, Monachi ambo Ordinis Vallis Vmbroſae; quorum primus multiplici linguarum cognitione mirabilis fuit, alter vero in Fragmentis Hiſtoriae *Aſcanii Tamburini* circa annum MDLII. mire ab auctore, veluti ſubtiliſsimus metaphyſicus, & inſignis illius temporis Theologus commendatur; quin etiam a *Venantio Simio* inter claros ſcriptores Ordinis Vallumbroſani adnumeratur. Et merito: ipſe enim varias doctiſsimas diſceptationes conſcripſit, ac prae ceteris eruditiſsimum *De Incarnatione Verbi Divini* opus exaravit. Aliorum virtute praeſtantium virorum natalia, ac res geſtae oppidum illud nobilitarunt; quos omnes, ne longior ſim, quam par eſt, facile ſilentio praetereundos exiſtimavi.

(2) De hoc *Landino* meminit *Chriſtophorus* noſter, in Elegia, *De ſuis Maioribus*: ubi haec cecinit. *Nam*

Digitized by Google

Nam licet ex humili populo mea ſurgat origo,
Caſta tamen ſemper, & ſine labe fuit;
Nec Muſis odioſa piis, nec inutilis armis,
Nec venit haec patriae diſſimulanda ſuae.
Hoc Campaldinae teſtantur funera pugnae,
Tempore, quo rubris fluxerat Arnus aquis:
Namque huc Landinus comitatus ſigna tribulum,
Quae velis niveis nigra flagella notant,
Sumpſerat a proprio non adſpernanda Tribulo
Munera, dum caeſo victor ab hoſte redit.

In quodam poëmate manuſcripto, quod apud humaniſsimum mihique amiciſsimum Iuvenem *Everardum Ambroſium*, videre mihi contigit, ab *Antonio Franciſco Landinio*, ineunte ſaeculo XVI. confecto, ubi de ſuis maioribus agitur, eiuſdem *Landini* occurrit mentio. Poëmati autem hic adſcribitur titulus:

Lamento della Villa di Caſole antichiſsima, campeggiato con la ſeguela ſtorica della memorabile, e felice guerra di Campaldino, Vittoria de' Fiorentini, contro gli Arretini, ſeguita l' anno MCCLXXXIX. del Signore *Anton Franceſco Landini* Antiquario, nell' Accademia degli Aſsetati detto l' Ingordo. Con il zibaldone di varie compoſizioni del medeſimo.

In haec autem verba illius operis initium legitur:

Canto l' armi vetuſte, e i miei conſorti
Di Famiglia Landin gli avi funeſti &c.

Inde memorata ex ordine belli Campaldinenſis origine, apparatuque mirifice deſcripto, haec ſequuntur.

Fra

Fra gli altri Capi lor fu *Vieri Cerchi*;
Cavalier di natal, porpora, e ſtima,
Altro, e tanto ſaper non ſi ricerchi,
Maggior encomi, che debil mia rima.
Vedeſi il Podeſtà *Corſo Donati*,
Di Piſtoia venir con maggior lima.
Non è dover tacer fra tanti andati
Dante Alighieri, che trovar ſi volſe,
Benchè giovine, e nobil d'antenati.
Quel gran poeta oſcurità avvolſe,
Che a farlo chiaro biſognò il *Landino*,
Col ſuo nobile ingegno il dubbio ſciolſe:
A tredici Maggio preſo il cammino,
Con l' inſegne a Ripoli Badia,
E' bandita la guerra all'Aretino:
Acciò moſtrin valore, e gagliardia,
& paulo poſt ita ſequitur.
I Feditori con tant' impeto dico
Aſsalirono quel de' Fiorentini,
Molti gettati da caval nitrico;
Raggruppandoſi inſieme i Paladini,
Combatton giuſto, a guiſa di duello,
Ecco del *Cerchi* Squadron, e Patrini:
Crudeliro le zuffe, e mongibello,
Cadde eſtinto l' alfier, cadde l' inſegna,
Ch' havea in bianco vel negro flagello,
Tinta di ſangue uman oh Dio! non ſdegna;
Tal ſi vidd' Arno correr di vermiglio;
Ecco *Landin* quella raccor ſi degna,
Con braccio invitto ſvelò al Cielo il giglio,
Succeſsor nell' onor d'alfier novello,
Animando i compagni a forte piglio.

Tantis igitur praeclaris facinoribus decoratus obiit *Landinus* iſte A. MCCCXLIII.

(3) *Cir-*

(3) *Circulorum* gens, eſt noſtrae urbis vetuſtiſsima, ut patet ex Hiſtoria B. Humilianae de Circulis a *Franciſco Cionaccio* edita. In medio Eccleſiae Candoremarum exſtat ſepulchrum marmoreum, adfixo eorum ſtemmate gentilitio, cum hac inſcriptione.

Manni Domini Lapacci de Circulis de Garbo, et ſuorum.

Extra Abbatiam, in eius tamen Paroccia, Templum adſurgit *S. Nicolao* ab ipſis dedicatum, in cuius epiſtylio portae, per quam aditus in Templum patet, haec ingredienti occurrit inſcriptio:

Queſta Chieſa a fatto fare le Rede di Giovanni di Riccardo de Cerchi per l'anima di detto Giovanni, e di Riccardo ſuo Padre, et di tutti i ſuoi deſcendenti l'Anno MCCCXCII. del Meſe d' Agoſto.

(4) In Magiſtratu Reformationum noſtrae Vrbis Lib. VII. pag. LXXXIX. habemus: *Landino di Nato Landini entra Soldato a ruolo di Vieri Cerchi, e ſua Compagnia.*

(5) Laudatur iſte a *Secundo Lancellotto* in ſuo opuſculo, vulgo *oggidì* inſcripto, in quo inter praeclaros pictores, qui ab anno MCCC. uſque ad annum MCCCC. floruerunt, recenſetur: eundemque ſummis laudibus proſequitur *Peregrinus Orlandius* in ſuo Abecedario Pictorico. *Philippus Baldinuccius* Decennali IV. ſub A. MCCCL. Verum ut lectori gratificer, adponam hic ea, quae accuratiſsimus *Georgius Vaſarius* Tom. I. *Vitarum Pictorum* adfert, ut locupletior mea haec evadat hiſtoria, & uno intuitu egregia eius opera conſpiciantur. En igitur laudati viri verba:

„ Eſ-

» Eſsendoſi già molti anni udita la fama, et
» il rumore delle pitture di Giotto, e de'
» diſcepoli ſuoi; molti deſideroſi di acquiſtar
» fama, et ricchezze, mediante l' arte della
» Pittura, cominciarono, inanimiti dalla ſpe-
» ranza dello ſtudio, et dalla inclinatione della
» natura, a caminar verſo il miglioramento
» dell' arte, con ferma credenza, eſsercitandoſi
» di dovere avanzare in eccellenza e Giotto, e
» Taddeo, et gli altri pittori. Fra queſti fu
» uno Iacopo di Caſentino, il quale, eſsendo
» nato, come ſi legge, della Famiglia di Meſs.
» Criſtoforo Landino da Prato vecchio, fu da
» un Frate di Caſentino, allora Guardiano al
» Saſso della Verna, acconcio con Taddeo
» Gaddi, mentre egli in quel Convento lavo-
» rava, perchè imparaſse il diſegno, et colorito
» dell' arte. La qual coſa in pochi anni gli
» riuſcì in modo, che condottoſi in Fiorenza
» in compagnia di Giovanni da Milano a i ſer-
» vigi di Taddeo loro maeſtro, molte coſe
» lavorando, egli fu fatto dipignere il Ta-
» bernacolo della Madonna di Mercato vec-
» chio, con la tavola a tempera, et ſimil-
» mente quello ſul canto della Piazza di S.
» Niccolò della Via del Cocomero, che pochi
» anni ſono l' uno, e l' altro fu rifatto da
» peggior maeſtro, che Iacopo non era. Et
» a i tintori quello, che è a S. Nofri ſul canto
» delle mura del orto loro, dirimpetto a S.
» Giuſeppo. In queſto mentre eſsendoſi con-
» dotte a fine le Volte di Or S. Michele, ſopra
» i dodici pilaſtri, e ſopra eſse poſto un Tetto
» baſso alla ſalvatica, per ſeguitare, quando ſi
» poteſſe la fabrica di quel Palazzo, che aveva

a eſ-

„ a eſsere il Granaio del Comune, fu dato a
„ Iacopo di Caſentino, come a perſona allora
„ molto pratica, a dipignere quelle Volte, con
„ ordine, che egli vi faceıse, come vi fece,
„ con i Patriarchi, alcuni Profeti, e i primi
„ delle Tribù, che furono in tutto ſedici figure
„ in campo azzurro d'oltramarino, oggi mezzo
„ guaſto, ſenza gli altri ornamenti. Fece poi
„ nelle facce di ſotto, e nei pilaſtri molti
„ miracoli della Madonna, e altre coſe, che
„ ſi conoſcono alla maniera. Finito queſto la-
„ voro, tornò Iacopo in Caſentino, dove poi
„ che in Prato vecchio, in Poppi, e altri
„ luoghi di quella Valle hebbe fatto molte ope-
„ re, ſi conduſse in Arezzo, che allora ſi go-
„ vernava da ſe medeſima, col conſiglio di
„ ſeſsanta Cittadini de' più ricchi, e più hono-
„ rati, alla cura de' quali era commeſso tutto
„ il reggimento, dove nella Cappella principale
„ del Veſcovado, dipinſe una ſtoria di S. Mar-
„ tino; e nel Duomo vecchio, hoggi rovinato,
„ pitture aſsai, fra le quali era il ritratto di
„ Papa Innocentio Seſto, nella Capella maggiore.
„ Nella Chieſa poi di S. Bartolomeo, per lo
„ Capitolo de' Canonici della Pieve, fece la
„ facciata dov' è l' Altar maggiore, e la Ca-
„ pella di S. Maria della Neve. E nella Com-
„ pagnia vecchia di S. Giovanni de' Peducci fece
„ molte ſtorie di quel Santo, che oggi ſono
„ coperte di bianco. Lavorò ſimilmente nella
„ Chieſa di S. Domenico la Capella di S. Cri-
„ ſtofano, ritraendovi di naturale il Beato
„ Maſuolo, che libera dalle carcere un mer-
„ cante de' Fei, che fece fare quella Capella;
„ il qual Beato ne' ſuoi tempi, come Profeta,

„ pre-

„ prediſse molte diſaventure all' Aretini. Nella „ Chieſa di S. *Agoſtino* fece a freſco nella Capel- „ la, e Altar de' *Nardi*, ſtorie di S. *Lorenzo* „ con maniera, e pratica maraviglioſa. E per- „ chè ſi eſsercitava anche nelle coſe di Archi- „ tettura, per ordine de i ſeſsanta ſopradetti „ Cittadini, ricondusſe ſotto le mura d' Arezzo „ l' acqua, che viene dalle radici del Poggio „ di Pori, vicino alla Città braccia CCC. la „ quale acqua al tempo de' Romani era ſtata „ prima condotta al teatro, di che ancora vi „ ſono le veſtigie; e da quello, che era in ſul „ monte, dove hoggi è la Fortezza, al Amfi- „ teatro della medeſima Città, nel piano, i „ quali edifitii, e condotti furono rovinati, e „ guaſti del tutto da i Gotti. Havendo dunque, „ come s' è detto, fatta venire *Iacopo* queſt' „ acqua ſotto le mura; fece la fonte, che al- „ lora fu chiamata Fonte *Guizianelli*, e che „ hora è detta, eſsendo il vocabolo corrotto, „ Fonte Vinitiana: la quale da quel tempo, che „ fu l' anno MCCCLIV. durò inſino all' anno „ MDXXVII. e non più: perciochè la peſte di „ quell'anno, la guerra, che fu poi, l' haverla „ molti a' ſuoi comandi tirata per uſo d' orti, „ et molto più il non haverla *Iacopo* condotta „ dentro; ſono ſtate cagione, che ella non è „ hoggi, come doverebbe eſsere in piedi. „ Mentre, che l' acqua ſi andava conducendo, „ non laſciando *Iacopo* il dipingere, fece nel „ palazzo, che era nella Cittadella vecchia, „ rovinato adì noſtri, molte ſtorie de' fatti del „ Veſcovo *Guido*, e di *Pietro Sacconi*, i quali „ huomini in pace, et in guerra havevano gran- „ di, et honorate coſe fatto per quella Città.

„ Similmente lavorò nella Pieve ſotto l' organo „ la ſtoria di S. Matteo, e molte altre opere „ aſsai. E così facendo per tutta la Città opere „ di ſua mano, moſtrò a *Spinello* Aretino i „ principj di quell' arte, che a lui fu inſegnata „ da *Agnolo*, e che *Spinello* inſegnò poi a „ *Bernardo Daddi*, che nella Città ſua lavo„ rando; l' onorò di molte belle opere di pit„ tura, le quali aggiunte all' altre ſue ottime „ qualità, furono cagione, che egli fu molto „ honorato da' ſuoi Cittadini, che molto l' ado„ perarono ne i Magiſtrati, et altri negotii „ publici. Furono le pitture di Bernardo mol„ te, et in molta ſtima, e prima in S. Croce „ la Capella di S. Lorenzo, e di S. Stefano, „ de' Pulci, e Berardi, e molte altre pitture „ in diverſi luoghi di detta Chieſa. Finalmente „ havendo ſopra le porte della Città di Fiorenza „ dalla parte di dentro fatto alcune pitture, „ carico d' anni, ſi morì, et in S. Felicita hebbe „ honorato Sepolcro l' anno MCCCLXXX.

„ Ma tornando a Iacopo, oltre alle coſe „ dette, al tempo ſuo hebbe principio l' anno „ MCCCL. la Compagnia, e Fraternita de' Pit„ tori: perchè i Maeſtri, che allora vivevano, „ così della vechia maniera Greca, come della „ nuova di Cimabue, ritrovandoſi in gran nu„ mero, et conſiderando, che l' arti del diſegno „ havevano in Toſcana, anzi in Fiorenza pro„ pria hauto il loro rinaſcimento, crearono la „ detta Compagnia ſotto il nome, e protezzione „ di S. Luca Evangeliſta, sì per rendere nell' „ Oratorio di quella, lode, e gratie a Dio, e „ sì anco per trovarſi alcuna volta inſieme, e „ ſovenire così nelle coſe dell' anima come del

„ cor-

„ corpo, a chi, ſecondo i tempi, n' haveſse
„ di biſogno. La qual coſa è anco per molte
„ arti in uſo a Firenze, ma era molto più anti-
„ camente. Fu il primo loro Oratorio la Ca-
„ pella maggiore dello Spedale di S. Maria
„ Nuova, il quale fu loro conceſso dalla Fami-
„ glia de' Portinari. E quelli, che primi con
„ titolo di Capitani, governarono la detta Com-
„ pagnia furono ſei, et in oltre due Conſi-
„ glieri, e due Camarlinghi; come nel vechio
„ libro di detta Compagnia, cominciato allo-
„ ra, ſi può vedere. Il primo capitolo del
„ quale comincia così;

„ *Queſti capitoli, et ordinamenti furono tro-*
„ *vati, et fatti da buoni, e diſcreti huomini*
„ *dell' Arte de' Dipintori di Firenze, et al tempo*
„ *di Lapo Gucci dipintore. Vanni Cinuzzi dipin-*
„ *tore, Corſino Buonaiuti dipintore. Paſquino*
„ *Cenni dipintore. Segnia d' Antignano dipintore.*
„ *Conſiglieri furono Bernardo Daddi, e Iacopo di*
„ *Caſentino dipintori. E Camarlinghi Conſiglio*
„ *Gherardi, e Domenico Pucci dipintori.*

„ Creata la detta Compagnia in queſto
„ modo, di conſenſo de' Capitani, e degli al-
„ tri, fece Iacopo di Caſentino la tavola della
„ loro Capella, facendo in eſsa un S. Luca,
„ che ritrae la noſtra Donna in un quadro,
„ e nella predella da un lato gl' huomini
„ della Compagnia, e dall' altro tuttte le
„ donne ginocchioni. Da queſto principio,
„ quando raunandoſi, e quando no, ha conti-
„ nuato queſta Compagnia inſino à che ella
„ ſi è ridotta al termine, che ell' è oggi,
„ come ſi narra ne' nuovi Capitoli di quella
„ approvati dall' Illuſtriſsimo S. Duca Coſimo

C 2 „ pro-

„ protettore benigniſsimo di queſte arti del „ diſegno.

„ Finalmente *Iacopo*, eſsendo grave d' anni, „ e molto affaticato, ſe ne tornò in Caſenti- „ no, e ſi morì in Pratovechio d' anni ottanta: „ e fu ſotterrato da' parenti, e dagl' amici in „ S. Agnolo, Badia fuori di Pratovechio dell' „ Ordine di Camaldoli. Il ſuo ritratto era nel „ Duomo vecchio di mano di Spinello in una „ ſtoria de' Magi. E della maniera del ſuo diſe- „ gniare n' è ſaggio nel noſtro Libro. E nel „ MCCCLVIII. gli fu data ſepoltura. Nè gli „ mancò dopo la morte queſto Epitaffio:

„ *Pingere me docuit Gaddus, componere plura,*
„ *Aptè pingendo corpora, doctus eram.*
„ *Prompta manus fuit; & pictum eſt in pariete tantum*
„ *A me; ſervat opus nulla tabella meum.*

§. III.

VErum quaſi *Landinorum* progenies per viros omni virtutum genere praeditos propaganda eſſet continuo, in lucem *Iacobus* emiſit *Franciſcum*, qui cum a puero oculis captus eſſet, *Caeci* nomen obtinuit (1). Hic itaque ob ſummam, admirabilemque carmina extemplo fundendi facultatem ab inclyto Rege Cy-

Cypri, et a Venetiarum Duce A. circiter MCCCLX. publice Venetiis corona laurea decorari meritus eſt. In muſica vero arte adeo valuit, ut pneumatica organa populo undique confluenti, incredibili, et, ut ita dicam, caeleſti ſuavitate pulſaret.

(1) In Elegia cit. de ſuis Maioribus, haec de eo *Chriſtophorus* noſter cecinit:

Hic avus, o *Franciſce*, tibi, cui Muſa canora,
  Arte dedit, priſcos aequiparare viros,
Nec magis Aoniae gaudent Amphione Thebae,
  Cum ſtupeant dulci ſaxa coiſse lyra,
Quam tua Tyrrheni ſoliti per templa, per aedes,
  Organa tam facili cernere pulſa manu.
Lesbous celeres cantu Delphinas Arion,
  Permulſit vitreas, dum rate ſindit aquas,
At Rhodopes gelidis ducebat montibus urſos,
  Orpheus & fulvos per iuga ſumma lupos.
Sed neque per ſilvas, neque per freta dulcius illo,
  Hactenus audiſse iurat Apollo melos;
Quin & adoptiva muſam de ſtirpe Parentem
  Retulit, & Muſis dignus Alumnus erat.
Sed ſimul, heu, nulli ſuperi Di cuncta dedere,
  Nullus & ex omni parte beatus erit;
Nam qui Sirenas ſuperabat voce canoras,
  Damnata aeterna lumina nocte tulit.
Non quia ſic meritus fuerat; ſed noſcite quantus
  Invidiae livor infera regna premat.

Eſt inter ſtygias Phthone deterrima nymphas
Tempora cui multus, oraque pallor obit.
Hanc Pater & ſtygiae Phthonem dixere ſorores,
Invida quod triſti fronte ſecunda videt.
Haec patrias primis tenebras iam liquerat annis,
Auſa per excelſas aetheris ire plagas.
Namque poteſt hominum res ſi turbare ſecundas,
Tunc fruitur proprio nympha maligna bono.
Ergo forte trium perſcrutans fata ſororum,
Audierat Lacheſis talia voce dari.
Naſcetur Feſula *Franciſcus* origine tali,
Dircaeum quali vidimus arte Linum.
Protinus invidia tumuit Dea ſaeva, ſuiſque
Supplicibus Clothon vocibus adloquitur:
O Dea, nam nulli vitae ſub lumen ituro,
Te ſine mortali ianua prima datur;
Caſtalii, quae ſacra colunt Heliconides antri,
Iam mira cupiunt arte parare virum,
Et cupiunt, & tanta illas fiducia cepit,
Vt ſibi, vel ſine te cuncta licere putent.
At Tu ne quiſquam quondam tua numina temnat,
Ne lateat, poſsit quid tuus orbe furor,
Illius aeterna damnabis lumina nocte,
Sit Linus, ut iactant, dummodo caecus eat;
Hac olim Thamiram poena afflixere Camoenae,
Certaret cantu cum ſuperare Deas.
Hac nunc illarum poena afficiatur alumnus.
Sic tua, qui ſpernat numina nullus erit.
Dixerat; & partus maturi venerat hora,
Atque tuam, mater, Parca petebat opem.
Ergo ades, & puero reſeras dum limen, adempta
Aetheris in lucem luce, venire iubes.
Non tamen Aoniae caecum ſprevere puellae,
Nec puduit molli ſaepe fovere ſinu.

Mu-

Muſarum ſilvis, Muſarum montibus, olim
  Luſit, Muſarum captus amore puer.
Quin & Pierias, Phoebo ducente, per umbras,
  Audivit ſacros ex Helicone choros.
Audivit varia modulantes voce ſorores,
  Haec ore, haec tibiis concinit, illa fide.
Atque ita diſparibus nato diſtincta cicutis
  Organa porrexit Calliopea ſuo.
Atque ait: Auſonias ſumme hinc i nate per urbes,
  I noſtras laudes, noſtraque facta cane.
Tanta hic carminibus tibi gloria ſurget Etruſcis,
  Threicii quanta carmine Vatis erat.
Nam mire Tuſco vivens celebraberis Arno,
  Lydia qua fulvus temperat arva Leo.
Nulla dies ſacrum poterit ſubducere nomen,
  Sed tua poſt maior funera creſcet honos.
Nec mater de te quicquam mentita, ſuique
  Egregiam verbis facta tulere fidem.
Nam Florentini ſolus dum cantibus aedem
  Pontificis celebras, Tuſcia tota ruit.
Teque rudes, doctique ſimul, iuvenumque, ſenumque
  Pectora, divinis obſtupuere ſonis;
Sed nec tu fueras una contentus in arte,
  Cum poſſes veterum dogmata noſſe Patrum.
Nam ſolers rerum cauſas, penituſque repoſtae
  Naturae occultas tendis inire vias;
Et quod terrenis oculis vidiſſe negatum eſt,
  Cernere mente parens Calliopea dedit.
Iamque tuum nomen duras tranſcenderat Alpes,
  Oraque complerat trans freta longa virum.
Quin & marmoreo moriens donare ſepulcro,
  Quod nunc Laurenti templa vetuſta tegunt.
Templa tegunt, quae mox Coſmus ſuffulta columnis,
  Fornice ſublimi conſpicienda dabit.

 Tunc

Tunc licet aurato niteant laquearia tecto,
  Et Feſulus multa ſplendeat arte lapis.
Non tamen e media quoque tu removeberis aede,
  Nec volet hoc, doctis qui favet ingeniis:
Nam favet ingeniis Coſmus, quin luce carentum
  Inviolata loco buſta manere iubet.
Aeternum *Franciſce* igitur per ſaecula vives,
  Et tuus Elyſii ſpiritus arva colet.

Eumdem *Chriſtophorus* noſter inter Florentinos oratores, eloquio illuſtres reponit; ita enim de eo loquitur in Apologia ante Dantis commentarium adpoſita: „ Ne fù ignobile la „ Muſica nella Fiorentina Repubblica &c. In „ queſta adunque potrei molti excellenti referire. „ Ma richiede l' amore della agnatione, che „ non defraudi delle debite lode *Franceſco Cieco*, „ fratello di mio avolo; al quale tanto concedette la natura di giudicio nell' udito, „ quanto gli tolſe nel viſo. Coſa certo mi- „ rabile, che privato in tutto del vedere fuſsi „ non indocto in Filoſofia, non indocto in Aſtro- „ logia, ma in Muſica doctiſsimo: et nella „ quale tanto valſe nel ſuono degl'organi, che „ nella nobiliſsima Città di Vinezia, per giu- „ dizio di tutti e Muſici, e quali da tutte parti „ quivi eran concorſi, fù in forma di Poeta dal „ Rè di Cipri, e dal Duca Veneto di laurea „ corona ornato. „ *Io. Monaldus* in *Hiſtoria* MS. *Florent. Familiarum* haec tradit: „ Fù nell' ar- „ monia *Franceſco Landini* di tanto giudicio, che „ nella Città di Venezia per giudicio di tutti „ i Muſici quivi concorſi per udirlo, fu in „ forma di Poeta dal Rè di Cipri, e dal Du- „ ce Veneto di laurea corona coronato. „ *Gaddius* vero in *Coroll. Poëtic.* & Tom. I. *De*

Scri-

Scriptoribus non Eccleſiaſticis V. *Landinus* ait : „ *Landini* [ideſt *Chriſtophori*] gentiles fue- „ runt *Franciſcus* Poeta laureatus , & *Gabriel* „ Poeta , & Hiſtoricus . „ Vid. *Pocciantem* , & *Nigrium* in *Hiſt. Flor. Scriptor.* *Antonium Magliabechium* in *Notis* , *Io. Marium Creſcimbenium* Cl. I. lib. V., & *Leopoldum Del Migliore* in *Flor. Illuſtrata* . Apud *Paullum Minium* in Libello *De Florentina Nobilitate* , Florentiae A. MDXCIII. impreſso, p. CIII. legitur: „ Il numero de' Poeti „ Fiorentini è tanto grande, che io non credo, „ che nazione alcuna l' avanzi, &c. „ deinde de laureatis Poetis agens , ſubdit : „ Il quarto fu „ *Franceſco Landini* , il quale fiorì nel MCCCLX. „ morì nel MCCCLXXX. coronato in Venezia „ per mano del Re di Cipri . Fù coſtui gran „ Muſico , e cieco ; onde il Cieco ſi addimandò „ & pariter p. XCVI. inter Illuſtres Mathematicos eumdem recenſet . Denique in Bibliotheca *Laurentiana* Plut. LXI. ineſt Cod. chartac. XLI. ab *Philippo Villanio* exaratus , cum titulo : *Vita di Dante , e del Petrarca , del Boccaccio , et altre Opere di Fiorentini Illuſtri , et di Mſ. Stefano Porcari* , ubi legitur *Franciſci* Elogium , in hunc modum :

DI FRANCESCO CIECO ET ALTRI MVSICI FIORENTINI.

„ MOlti ſono ſtati e Fiorentini memorabili, „ che perfettiſsimamente habbino acqui- „ ſtato la diſciplina dell' Arte, ma pochi quel- „ li , che in eſsa alcuna coſa hanno compoſta , „ intra quali Bartolo, et ſer Lorenzo di Maſino „ ſopra gli altri degniamente cantorno , e Gio:

„ da

„ da Caſcia ; ma queſti, e tutti gl' altri che la lau-
„ dabile antichità ha veduti, *Franceſco*, il quale
„ ancor vive avanza. Queſto al tempo della
„ ſua fanciullezza da ſubito morbo di vaiolo
„ fù accecato, ma la fama della Muſica di
„ grandiſsimo lume l' ha riſtorato. Nacque in
„ Firenze di Iacopo dipintore huomo di ſem-
„ pliciſsima vita. Paſsato gl' anni dell' infanzia
„ privato del vedere, cominciando a intendere
„ la miſeria della cecità, per poter con qual-
„ che ſollazzo allegrar l' horrore della perpetua
„ notte, cominciò fanciulleſcamente a cantare,
„ di poi creſciuto, et già intendendo la dolcez-
„ za della melodia, prima con viva voce, dipoi
„ con ſtrumenti di corde, et organo comin-
„ ciò a cantare, ſecondo l' arte, nella quale
„ mirabilmente aquiſtando, prontiſsimamente
„ trattava gl' inſtrumenti muſici; i quali mai
„ non haveva veduti, come ſe corporalmente
„ gli vedeſse. Della qual coſa ogni uno ſe
„ ne maravigliava, e con tant' arte, e dol-
„ cezza cominciò a ſuonare gl' Organi, che
„ ſenz' alcuna comparazione tutti gl' altri tra-
„ paſsò, et compoſe per l' induſtria della mente
„ ſua, inſtrumenti muſici da lui mai non ve-
„ duti, et è, nè ſia ſenza utile a ſapere, che
„ mai neſsuno, con organo ſonò più eccellen-
„ temente; donde ſeguì, che per comune
„ conſentimento di tutti e Muſici concedenti
„ la Palma di quell' arte, che a Venegia pu-
„ blicamente dall' Illuſtriſsimo Re di Cipri, co-
„ me ſolevano e Ceſeri fare a' Poeti, fu
„ coronato d' alloro. Morì nell' anno della
„ grazia MCCCXC. et è nel mezzo della Chie-
„ ſa di S. Lorenzo di Firenze ſeppellito.

§. IV.

§. IV.

TAnti viri ingenium aemulatus eſt *Gabriel, Chriſtophori* (1) noſtri patruelis, qui mira mentis ſagacitate a natura ditatus, Camaldulenſium Ordini ſeſe ultro adoleſcens addixit, ubi, ſub optima Monachi pereruditi *Ambroſii Traverſarii* diſciplina, humanioribus litteris imbutus, eiuſmodi progreſſus fecit, ut plurima poemata virenti adhuc aetate componere favente *Apolline* coeperit, quae vel graviores, doctrinaque praeſtantiores viros deterrere potuiſſent (2): quamplures enim odas, non ſanctitatem modo, ſed ſermonis etiam latini elegantiam maximam praeſeferentes conſcripſit; illudque de Piſano Bello arduum opus adgredi auſus fuit, quod abſolvere immatura morte praereptus, minime potuit (3).

(1) Id teſtatur *Chriſtophorus*, in Apologia Florentinorum, Dantis commentario praemiſsa de *Ambroſio Camaldulenſi* agens, his verbis: „ Di „ coſtui fù diſcepolo Gabbriello mio Zio, ſcrittore „ di

„ di verſi lirici, come appare nelle ode ſcritte
„ in onore di S. Agoſtino, Girolamo, et
„ Ambroſio, dottori della Chieſa. Cominciò
„ poi in verſo eroico la guerra Piſana, la
„ quale avrebbe potuto piacere ad ogni dot-
„ to, ſe non fuſse ſtato impedito dalla morte.
In Elegia autem citata, quam de ſuis maioribus *Chriſtophorus* ſcripſit, *Gabrielis* huiuſce laudes ita enarrantur.

Sed nec degeneres referet tibi fama minores,
Nullaque de turpi poſteritate nota eſt;
Non tibi germanus fuerat, cui cara nepotem
Progenies, magna non ſine laude dedit;
Nam *Gabriel*, quem ſorte ſua Camaldula legit
Religio, niveis conſpicienda togis,
Ambroſio primos nutritus lacte per annos,
Roſcida gorgoneis antra ſubivit aquis,
Hic fidibus proceres coeli laudavit, & illos,
Militiam, ſummi qui meruere Dei,
Qui nobis patriam pro Chriſto vulnera paſsi,
Sanguine divinam iam peperere ſuo;
Mox dum Parrhaſiae Piſano in litore gentis,
Victa Fluentino moenia Marte canit:
Ante exſpectatum iuvenilibus obrutus annis,
Deſerit heu quanto proelia coepta pede.
Sic nobis, *Gabriel*, prima fraudate iuventa,
Compleſti luctu ſaucia corda gravi,
Nam tibi me Muſae, tibi me patruelis origo,
Iunxit, & ex uno ſanguine iuncta domus,
Te duce Muſarum, magno inflammatus amore,
Cyrrhaei impuleras ſcandere celſa iugi:
Te duce Permeſsi liquidas ad fluminis undas
Venimus, & ſacro tinximus ora lacu.

At

At nunc ſi Phoebus velit adſpirare canenti,
Magnorum ut poſsim dicere facta virum,
Si qui rauca canit gracili nunc carmina plectro;
Intonet altiloquo maior in ore ſonus:
Coſmus, & egregii cernent me pignora Coſmi;
A patribus numquam degeneraſse meis.

(2) Idem merito inter claros poëtas recenſetur a *Leone Allaccio*, *Iacobo Gaddio* in *Coroll.* *Auguſtino Fortunio* in *Fabulis rerum notabilium*, *a Pocciante*, *&* *Nigro* in *Catalog. Script. Florentin.* & ab *Io. Mario Creſcimbenio* in edit. ſecunda *Hiſt. Vulg. Poeſeos*, Lib. V.

(3) Obiit A. MCCCCXXX.

§. V.

EX *Chriſtophoro* autem, *Franciſci Caeci* germano, ortus eſt *Barptolemaeus*, ex eoque filii duo, *Chriſtophorus* ſcilicet A. MCCCCXXIV. (1), & *Petrus* deinde (2) quorum prior maiores ſuos, gloria, ſplendore, & eminentiſſimis animi ſui dotibus anteivit. Quo quidem tempore cum *Landinorum* gens Florentiam demigraſſet, domum in hac urbe ad Puteum Tuſcum ſitam incoluit (3). Eo igitur

igitur ſaeculo lucem adſpexit *Chriſtophorus* noſter, quo horrida illa, immaniſque barbaries, quae literas, bonaſque artes obſederat, *Colucii Salutati* (4), *Leonardi Arretini* (5) eius diſcipuli, *Nicolai Nicoli* (6), *Ambroſii Traverſari* (7), *Poggii* (8), ac *Philelphi* (9) ope, in Italia, ac Florentiae praeſertim eradicari coeperat.

(1) Hoc anno natum eſse *Chriſtophorum*, compertum mihi eſt, ex libro quodam MS. qui in Archivo ſecreto Magni Ducis Etruriae adſervatur, in quo dies cuiuſcumque natalis exacte notatur. Cum quo conſentit praeſtantiſsimi Viri, *Io. Lami* teſtimonium in *Chronolog. Vir. doctor.*

(2) Natus eſt *Petrus* A. MCCCCXLIX. qui cum in *Alphonſum* Aragonum Regem militaret, dira nece ſublatus exceſsit, annos natus xxv. circiter, cuius funus ſequenti Elegia celebrat *Chriſtophorus*, quae legitur in Lib. III. *Xandrae*:

Ergo heu mi miſero, ſine te, nec fata pudebit,
  Perpetuus, Frater, pectora luctus edet?
Te ſine, nunc vitae Frater pars maxima noſtrae,
  Cogor in aeterna vivere moeſtitia;
Nam mihi te teneris durus Mars ſubripit annis,
  Quincta nec ah licuit luſtra videre tibi.

Ille

Ille etenim octava Saturni a ſede malignum
 Oppoſitus, vitae contudit aſtra tuae,
Vnde & crudeles nimium te ſaevus in hoſtes,
 Impulit irato ſidere ferre pedem.
Attamen hunc ſtygiae ſubmerſerit unda paludis,
 Bellica qui primus duxit in arma viros;
Qui pacem ſubito potuit turbare tumultus,
 Dum movet horrenti martia caſtra tuba.
Hic adamanta tulit ferrato in pectore durum,
 Durius aut ſiquid eſse adamante poteſt.
Hic miſeram nato privavit ſaepe parentem,
 Et caruit ſponſo pacta puella viro.
Hic te ſubripuit, teque hic mihi frater ademit,
 Et vita, atque oculis frater amabilior.
Tam dilecte mihi, quantum nec Caſtora Pollux,
 Vnica nec quantum pignora mater amat.
Sed tamen haec durum mulcent ſolatia caſum,
 Et faciunt tantis me ſupereſse malis;
Quod nihil indignum tam dirae mortis imago,
 Impulit audaci te ſubiiſse viro,
Nec Luſitani vidit te turba tyranni,
 Nec Calabrum cunei terga dediſse fugae;
Sed pedes adverſos equitis iaculatus in armos,
 Prendiſti occurrens fraena fugacis equi.
Nam vires aderant, volucriſque celerrima plantae,
 Quae poſset fluvios exuperare fuga;
Sed fruſtra heu miſeri, ſi nobis fata repugnent,
 Nitimur impoſitas exſuperare colos;
Iam Luſitanum victus porrexerat enſem
 Hoſtis, & innexus brachia capta dabat;
Ecce ferox Arago, turmam praevectus, & acri
 Auxilio comiti tela inimica quatit.
Et tibi me miſerum frater, dum vincula nectis
 Captivo, & reditus ad tua ſigna paras;

Im-

Improviſus adeſt, & dextras vulnere coſtas
Tranſigit, & medium pervolat haſta iecur.
Accurrit tum denſa cohors, cunctique manipli,
Et clupeo flentes ſaucia membra locant.
Ille ubi ſe certa vidit iam morte teneri,
Talia magnanimo pectore verba refert.
Senſimus haec dudum, cum durum in viſcera ferrum
Irruit extremum lucis adeſse diem.
Verum communis veni cum Martis ad arma,
Noram quas ſoleat ſors variare vices;
Vt durae inmineant quam ſaeva pericula pugnae,
Vt circa fatum militis arma volet:
Nec mihi tum certam ſtatui ſperare ſalutem,
Aut quod commune eſt poſse carere malo.
Sive igitur quodcunque meae de ſtamine vitae
Reſtitit ante diem, ſors inimica tulit.
Seu potius certum, nec devitabile fatum,
Hoc tantum dederat quod ſuperare nefas.
Intrepidus forti quamvis horrenda ſubibo,
Quae natura parens ultima dona dedit.
Nam qui militiae pulcro raptatur amore,
Exſuat hic omni pectora mollitie;
Vulgus enim & vilem demulcent proſpera plebem,
Quae ſua denervat corda cupidinibus:
Terrores vero mortis, trepidoſque tumultus,
Eſt animi proprium vincere fortis opus.
Non ergo invitus cogar? Sequor ecce, volenſque,
Iam iam lethaei pocula nigra bibam.
Sed tamen, heu cari miſerum genitoris imago
Sauciat, atque domus, maxima cura, ſoror.
Policianeas nam me dum triſtis in arces,
Alitis adverſae mitteret ominibus.
Egreſsum laribus me ad portas uſque ſecutus,
Inlacrimans fracta talia voce dabat:

Novi

Novi ego, quae ſedeat iuvenili in corde cupido
Laudis, & egregiae gloria militiae:
Quis furor in bello, quam neſcia cedere virtus,
Viribus inferior maxima ſaepe ciens.
Quod te per noſtros annos, lacrimaſque ſeniles,
Quae nunc ex oculis fluminis inſtar eunt,
Si pia ſoliciti flectit te cura parentis,
Atque ſuum pondus verba precantis habent,
Parce precor, miſeroque patri, qui dura ſenectae,
Incolumi nato, taedia ferre poteſt.
Siquis at adverſus caſus! ſed triſte recuſat
Omen, inhorreſcens lingua referre metu.
Hoc prius Omnipotens, caeli qui templa frequentas,
Ad Styga terribili fulmine mitte caput.
Ad Styga mitte caput prius hoc, quā dura ſuperſtes,
Ante diem, nati funera conſpiciam.
Haec tunc ille gemens, verum interrupta frequenti
Singultu, falſae flumina fudit aquae.
Nec mihi nunc animum, ſed mors iam degravat
Deficit in medio frigida lingua ſono. [artus,
Sic ille: at ſtridens craſsum vomit ore cruorem
Vulnus, & e gelido ſanguine vita fugit.
Proh dolor! at magno quis poſsit verba dolore,
Muſa licet faveat, digna referre ſatis.
Ille per obſcuras fauces grave olentis averni
Ingreditur, nigrum non rediturus iter.
Lurida rimoſa iam tranat flumina cymba,
Cernit echidnaei guttura lata canis.
At ſoror interea, quanta ah caligine rerum
Obruimur, totis noctibus urget opus.
Vtque reverſuro tenui velamina lino
Conſuit, heu votis fiſa puella piis;
Nocturnum & vario cantu ſolata laborem,
Ad breve qui periit tempus adeſse putat.

At nobis fuſco velatus ſomnus amictu,
Heu nimium veris venit imaginibus;
Nam quam porta nigri Plutonis cornea miſit,
Nota mihi ante oculos adfuit umbra tui.
Hoc properans noſtrae frater perſolvimus, inquit,
Transfuga nec venio munera militiae.
Hunc reditum in ſedes mater me accepit avitas,
Laetus & ad patriae limina priſca trahor:
Iamque vale dixit, ſimul & veſtigia torquens;
Elapſa eſt viſus umbra benigna meos.
O me infelicem; nox o mihi prima malorum
Nuntia, quid potuit durius eſse mihi?
Excitor infelix, & iam praeſaga futuri
Mens mihi, ſolicito pectore concutitur.
At mox fama ruens, ſomnique obſcura recludit,
Atque prius dubium narrat aperta malum.
Ex illo binos ſenſi mea lumina fontes,
Qui mihi perpetuis imbribus ora rigant.
Ex illo curae maerentis cordis edaces,
Noctes atque dies pectora noſtra premunt.
Nec poſsunt docti a luctu ſeducere amici,
Multa licet vera de ratione ferant.
Nec me longa dies, lacrimas quae ſiccat aniles;
Quaeque oblita mali mollia corda levat;
Sed nec Pierides, quo manes coniugis Orpheus
Permulſit, poſsunt me revocare ſono.
At tu caſta parens felix, quam praevia tanto
Maerori eripuit, de tribus una ſoror;
Nam quos heu luctus, gemitus quos dulcis acerbo
Viventi natus funere concuteret,
Tu tua ſenſiſses ah quanto victa dolore
Viſcera barbarica dilaniata manu.
Cumque tuo aeternis lacrimis damnata marito,
Aerumnas praeter, quid tibi vita daret.

(2) Viam *Tuſcanellam* dictam puto, vel a nobili *Tuſcanellorum* Familia, quae ibi ſedem, domiciliumque defixerat, cuius vetus ſepulchrum ſupereſt in Sacello, poſito in Templo S. *Iacobi* ſupra Arnum; vel a Puteo quodam, qui prope *Thuſcanellorum* domum eſt; unde quilibet olim aquam exhauriebat, cum publici iuris eſset; & hac fortaſse de cauſsa, nomen ſuum a Puteo illo via deduxit; ut vult *Chriſtophorus* in *citata Eleg. de ſuis Maioribus*, & *Antonius Maria Salvinus*, qui huius Putei, nunc vero clauſi, ſitum vivens adhuc exploravit. *Ioannes* inſuper *Villanius* in Chronicis narrat, A. MCCCXLII. Florentinos, ut vires potentiſsimarum familiarum *Bardorum*, ac *Rubeorum*, aliquantulum imminuerent, novam viam ſtravisse, quae a Puteo ad urbis portam, & ad Arcetrum, ducit; quaeque cum compendiaria ſit in urbem venienti, ab iis omnibus teritur, qui Romana via Florentiam adveniunt. En verba laudati *Villanii* Lib. XII. Cap. XII. A. MCCCXLII. *Si miſe la nuova via dal Pozzo Toſcanelli ſu per la coſta ſopra S. Felicita, e ſopra la Chieſa di S. Giorgio infino alla porta, che va in Arcetri*. De hac inſuper apud *Franciſcum Sacchettium* mentio occurrit Fab. LXXXI. his verbis: *Udendo il Saneſe queſto, diſſe a' compagni: de, andiamo di quaſiù dal Pozzo Toſcanegli, e torneremo in giù verſo il ponte, che m' è detto, che il tale giuoca*, &c. & apud *Scipionem Admiratum* pag. CCCCLXXXI. *Fu fatta una nuova via ſu per la coſta ſopra S. Felicita, e la Chieſa di S. Giorgio, che dal Pozzo Toſcanelli menava alla porta, onde ſi va ad Arcetri*. Ex hac via ſuum repetit ortum *Ioannes* noſter *Boccaccius*, ut vir

xl. *Dominicus Maria Mannius* innuit pag. IX. in illuſtratione *Boccaccii* fabularum. Ex eadem quoque ſuam deduxit originem quidam *Clarus*, ad quem pertinet Sigillum illud, quod Tom. III. pag. LIV. a laudato *Mannio* exhibetur; necnon *Paullus* ille Geometra, *Landino* noſtro chariſsimus, referente ipſo *Landino* pluribus locis, & *Georgio Vaſario* in Libro vulgo *De' Ragionamenti*, ubi ita loquitur: *Quegli in proffilo allato al Ficino, è Meſſer Paolo dal Pozzo Toſcanelli grandiſſimo Geometra*. Errat vero citatus *Mannius* in illuſtratione Fabularum *Io. Boccaccii*, adfirmans, *Paulli* huiuſce nomine, intelligendum eſse *Paullum* illum *Dell' Abbaco*, qui A. MCCC. floruit, *Ioannis Boccaccii* familiariſsimum, cuius ſepulchrum noſtra etiam aetate in Templo S. Trinitatis viſitur.

(3) Hic ortum eſse *Chriſtophorum*, eiuſque Parentes habitaſse, & ipſe teſtatur in hunc modum, in citata Elegia *De ſuis Maioribus* ad *Barth. Scalam*:

Tu tamen alma meis priſcas Florentia ſedes,
  Spirituae claſsis non procul aede locas.
Eſt vicus Tuſci Putei cognomine clarus,
  Vrbis qui in laevo moenia colle videt.
Hic tu, *Scala*, meae cernis primordia gentis;
  Quamvis parva, tamen hic monimenta patent.

Vgolinus quoque *Verinus*, *Chriſtophori* noſtri diſcipulus, ſic cecinit Lib. III. *De illuſtratione Vrbis Florentiae*:

Nec nova *Landini* vatis, non extera proles,
  Vt multi credunt, Proavus fuit incola claſsis
  Spirituae, ad Puteum Tuſcum monſtratur origo.

Sic

Sic ſe fata regunt, ſurguntque, caduntque viciſ-
Vnicuique ſui ſtat proli terminus aevi. [ſim,
Oppida magna ruunt, & regna perire videmus
Maxima: tune putas ſoboles durare perennes,
Cum ſit nobilitas Etruſcis ſemper amica
Civibus, atque novis Mater Florentia favit.

Quae ita in Tuſcos verſus, qui MSS. apud *Ambroſios* ſunt, *Franciſcus Baldellius* Cortonenſis A. MDLXXVI. tranſtulit:

Del Poeta *Landin* non è già nuova,
Nè ſtraniera la prole, come molti
Tengon che ſia, che l' avo antico aveva
Di Santo Spirto nel Quartier ſua ſede;
E dal Pozzo Toſcano, or ſe ne moſtra
L' origine, e tal è l' ordin de' fati,
Et il governo, or va per terra, or ſono
In piede, et ogni prole ha terminato
Il corſo, e le città grandi, e potenti
Reſtano eſtinte, veggonſi col tempo
I grandiſsimi regni venir meno:
Or penſi dunque, che le ſtirpi ſempre
Tenghino fermo ſtato? s' a' Toſcani
Amico il variar fu ſempre, è volta
Fiorenza a favorir que' Cittadini,
Che nati nuovamente in lei vedea.

Verum ſtrictius verſus, ſenſumque *Verini* ita complexus eſt *Alexander Adimarius* Poëta percelebris:

Nè del Vate *Landin* nuova è la prole,
Come altri crede, il ſuo Proavo nacque
Nel quartier di San Spirto al Toſco Pozzo.
Coſı reggonſi i fati, un cade, un ſorge,
E de' ſuoi giorni il termine ha ciaſcuno.

Mancan le gran Città, mancano i Regni;
E in eterno durar crediam le ſchiatte?
Ma perch' ognor l' Etruria ama i gran ſangui,
Flora ognor d' altri figli enora il fiore.

Vbi animadvertendum eſt, ad praedicta *Verini* carmina in Etruſcam linguam vertenda; inductum fuiſse *Adimarium* ab *Antonio Franciſco Landino*, qui propterea hanc illi Epiſtolam ſcripſit:

„ Da che VS. mi ha honorato, di nuovo „ la ſupplico farmi gratia tradurmi in verſi „ volgari queſti pochi cavati dall' opera d' *Vgo*-„ *lino Verino*, che glie ne reſterò obbligatiſsi-„ mo, e potrò mettere infra le memorie di „ mia famiglia, e gli b. le mani.

Serv. *Anton Franceſco Landini*.

Cui ita reſpondit *Adimarius*:

„ Hò volgarizzati in altrettanti verſi i verſi „ del *Verino* in lode della ſua Famiglia, e gli „ mando a VS. godendo d' avere avuto parte „ nelle glorioſe memorie del non mai lodato „ appieno *Criſtofano Landini*, ed a VS. b. le mani.

Aleſſandro Adimari.

Quae cum ita ſint, minime tamen erit inficiandum, *Landinum* e Prato veteri profectum fuiſse, cum id *Vaſarius* in *Vita Iacobi* ſupra adlata pag. xxxi. & alibi, *Razzius* in *Vitis Viror. illuſtrium*, *Migliore* in *Florentia illuſtrata*, *Pocciantes*, & *Niger* l. c. *Mannuccius* l. c. *Mannius* in *Sigill.* Tom. XII. aliique in lucem editi libelli aperte teſtentur; praecipue cum ex *Landino*, &

Ia-

Iacobo pictore Caſentinenſibus, de quibus ſupra meminimus, genus ſuum traxerit. Huc accedit etiam, quod in pluribus MSS. eius operibus, quae in Bibliotheca *Riccardiana*, & alibi extant, inveni, *Chriſtophorum de Prato veteri* nuncupari; non quod ibi revera ortus eſset, ſed quod parentes ſui, ex eo caſtro originem ſuam duxerint. Florentini autem civis nomen, & iura adeptus fuit, tum ob diuturnum, quod Florentiae habuit domicilium, ut quotidie fieri videmus; tum quod re ipſa *Landinus* noſter in ea urbe natus eſset. Iure igitur ſe, non modo a Prato veteri, ſed Florentinum etiam, adpellat, veluti in Oratione in funere *Donati Azzaroli*, ubi aït: *Quam ob rem nemo ignorat Donatum Azzarolum, & in mea patria natum, quae* &c. Quod idem adſerit in Cantus IX. Inferni *Dantis* expoſitione, hiſce verbis: *Et ſe io non fuſſi Fiorentino, ardirei di dire, che in queſto* [in Theologia ſcilicet] *neſſuno l' equipara, nè pareggia:* necnon in argumento Cantus XIII. Purgatorii: *Imperoche ſe io dico el mio corpo è Fiorentino, non erro, perchè è compoſto quivi*. Notandum denique eſt, ex ſupra adlatis *Chriſtophori*, & *Verini* carminibus, optime inferri, illius domum fuiſse ad Tuſcum Puteum; non autem in via Putei, vulgo *del Pozzo*, quae prope viam *Guicciardinorum* ſita eſt. Sed ubicumque ea fuerit, ita indicatur ab eodem *Chriſtophoro* in libro Magiſtratus Decimarum noſtrae Vrbis, ſub A. MCCCCLI. inſcripto: *Gonfalonier Sferza: Sto in una chaſa di Gio: di Tommaſo Guidi nel Gonfalone del Lion nero, a primo via, a ſecondo figlioli di Nicolò del Buono Buſini, a 3. via, a 4. il purgo; tengola a pigione da Domenico d' Andrea di*

Gennaio, *donne l' anno lire* X. Invenio praeterea, A. MCCCCXXXVIII. *Matthaeum Landinum*, *Chriſtophori* cognatum, habitaſse in Claſse S. Spiritus, quae *Scalae* vexillo diſtinguitur.

(4) De *Coluccio Salutato* vide, quae erudite ſcripſit *Laurentius Mehus*, de Hiſtoria Literaturae Florentinae optime meritus. Nec minus honorifica eiuſdem *Coluccii* mentio a *Chriſtophoro* fit, C. IX. Commentarii ad Infernum *Dantis*, ubi de *Phinei* fabula agit, hiſce quidem verbis: *In queſta favola ſcripſe Coluccio Salutato Fiorentino, huomo doctiſſimo, et preceptore di Leonardo Aretino ſobtiliſſima allegoria* &c.

(5) *Leonardum* pariter *Arretinum* maximo eruditionis adparatu illuſtravit laudatus *Laurentius Mehus*, eaque publici iuris fecit A. MDCCXLI. Huc etiam referri poteſt quaedam de eodem hiſtoriola a *Chriſtophoro* adlata, in Commentario ad *Dantem* C. XXIII. In hunc modum: *Et Leonardo Aretino, uomo d' eloquentia, et ingegno ornatiſſimo, et bene licterato, volendo uno noſtro Ciptadino, uomo non reo, ma ſanza lettere accompagnarlo, et dicendogli, non voglio, che andiate ſi ſolo; riſpoſe ſolo ſarei io quando fuſſi teco.* In Libris vero *Xandrae* legitur huiuſmodi Epigraphe in *Leonardum Arretinum*:

Hic cui frondenti nectuntur tempora lauro,
 Romanae linguae dos *Leonardus* erat;
Qui Florentini deſcripſit geſta Leonis,
 Tranſtulit & Latiis dogmata Graeca viris.

(6) De *Nicolao Niccolo* viro excellentiſsimo, qui non obiit A. MCCCCXL. ut fabulatur *Niger*, verum A. MCCCCXXXVI. aetatis ſuae ſeptuageſimo tertio, ut patet ex ſepulchrali Elogio in peryſtilo Eccleſiae *S. Spiritus* adpoſito,

ſito, de quo brevi ampliſsimum Commentarium perficiet *Laurentius Mehus*. Hic Latinas Graecaſque literas non parum iuvit, & totius antiquitatis ſtudioſus, picturam, ſtatuariam, ceteraſque artes nobiliores, quae vel ingenio, vel manu artificum commendantur, quae iamdiu apud nos conſenuerant, in uſum revocavit. Veterum Codicum MSS. diligentiſsimus inquiſitor, eorum ſibi magnam copiam comparavit, quos poſt eius mortem Bibliothecae *D. Marci* FF. Praedicatorum a Magno *Coſma* excitatae, ut mortuus etiam viventibus prodeſset, Teſtamentarii executores dedicarunt. Doctorum hominum amicitias maxime coluit, ut *Corteſius* notat *Dialogo de Hominibus doctis*. De hoc etiam nonnulla tradunt *Verinus* in *illuſtratione Florentiae*, ubi *Nicolaum* nihil in lucem edidiſse falſo adſerit; quod & *Blondus* Lib. I. *Italiae illuſtratae*, & *Barptolemaeus Facius De Viris illuſtribus* perperam adfirmant.

(7) *Ambroſius Traverſari* Ordinis Camaldulenſis Generalis, ortus eſt A. MCCCLXXXVI. & circiter Concilii Florentini tempora eloquentia maxime claruit. Ebraicarum, Graecarumque literarum apprime doctus, in Baſileenſi, & deinde in Florentino Concilio orationes plurimas habuit; ex quibus magnam laudem adeptus eſt. Multa e Graeco in Latinum tranſtulit, aliaque opera proprio marte ab eodem exarata in noſtris Bibliothecis deliteſcunt: obiit MCCCCXXXIX. Prodibunt quamprimum eius Epiſtolae, in unum Volumen redactae, cum commentariis variorum, & doctiſsimi *Ioannis Lamii* praeſertim, quamquam, neſcio quo fato, eam editionem reliquerit vir clariſsimus, & in alienas manus devenire paſsus ſit.

(8)

(8) De *Poggio* inferius nonnulla a nobis proferenda ſunt.

(9) *Franciſcus Philelphus*, patria Tolentinas A. MCCCXCVIII. natus eſt, Latinis, & Graecis literis eruditus, teſte *Bartolomaeo Facio*, *De Viris illuſtribus*, Satyras centum ſcripſit, conſecravitque *Alphonſo* Regi, a quo ob eam rem, & multa pecunia, & equeſtri dignitate donatus eſt. Lyricum quoque opus magno impetu adgreſsus fuit. A *Franciſco Sfortia*, Mediolanenſium Duce conductus, res ab eo geſtas eroico carmine decoravit. Quibus rebus factum eſt, ut Poëtae laureati nomen obtinuerit, ut ex ſcripto quodam habemus, in Archivo Florentino manu *Matthiae Cenni Aiuti*, Tabellionis A. MCCCCLXXXI. *famoſiſſimus vir D. Franciſcus Philelphus*, *miles*, *ac Poëta laureatus*, *facit procuratorem Franciſcum de Tolentino nepotem ſuum Cancellarium Ducalem* &c. Verum non Poëſi tantum, ſed & Oratoria facultate valebat plurimum: ſcripſit enim Sympoſium quoddam, ac De Exſilio libros tres, Orationes praeterea invectivas pleraſque. Lacedaemoniorum Remp. ex *Xenophonte*; *Numae Pompilii*, ac *Lycurgi* Vitas, & Apophthegmata ex *Plutarcho* in Latinam linguam diligentiſsime tranſtulit. Vide *Paullum Corteſium*, *Factum* l. c. *Apoſtolum Zenum* T. XIV. *Ephem. Literar. Venet.* Ceterum *Philelphus* uti vir Latinis, Graeciſque literis bene inſtitutus, Florentiae primum, anno circiter MCCCCXXVIII. virilem aetatem agens, deinde vero ſenex Paduae, Bononiae, Romae, ac Mediolani, publice docuit, ut ex eius Epiſtolis aperte innuitur; donec ut *Fontius* teſtatur in *Annalibus* ſuorum temporum MSS. in Bibliotheca *Riccardiana*, Mediolano Floren-

rentiam rurſus accitus, ut publice in honorificentiſsimo docendi munere verſaretur, aeſtu, ac labore itineris confectus, pridie Kal. Auguſti Florentiae diem ſuum obiit, anno aetatis quinto, & octogeſimo, ſalutis vero reparatae MCCCCLXXXVIII. ut *Ioannes Baptiſta Recanatus* num. LVIII. *Apol. Critic.* in *Iac. Lenfantium* deprehendit; quo defuncto eius vices praeſtitit ipſe *Fontius*. Eius effigiem cum elogio nobis exhibet *Paullus Freberus* Part. IV. *De Vitis Philoſophorum* &c. Florentiae A. MDCCXLII. Tomus primus eius Epiſtolarum in lucem prodiit.

§. VI.

TAntorum itaque Virorum auſpiciis ingenuae artes, & praeſtantiſſimae facultates mirum in modum locupletatae ſunt, atque exornatae; eo quod, non modo Latinis, verum etiam Graecis literis exſculpti iam eſſent Florentini, quas *Petrarcha* inter primos attingere conatus eſt, praeceptore *Barlaham* Monacho, Calabro eruditiſſimo (1). Etenim ante eius tempora, poſteaquam Latina lingua remittere priſtinas vires

ſuas

ſuas coepit, nulla paene in Etruria litterarum Graecarum mentio a noſtris hominibus habebatur; at qui tunc erant homines, ſuis contenti diſciplinis, aliena minime quaeritabant. Illum *Boccaccius* imitatus, a *Leontio Pilato* Theſſalonicenſi (2) literarum Graecarum eruditiſſimo, per triennium nonnulla hauſit, multo plura percepturus, ſi diutius vagus praeceptor, veteri maiorum ſuorum more, in eodem docendi munere perſeveraſſet. Non multo poſt *Boccaccii* obitum, complures docti homines emerſerunt certatim, qui literis Latinis, Graeca quoque adoriri non dubitarunt; unde flagranti eorum diſcendi deſiderio ſatisfacere cupiens Reſpublica Florentina *Emmanuelem Chryſoloram*, Florentiam non ſine magnis pollicitationibus, arceſſivit. Ex eius itaque gymnaſio multi peregregii diſcipuli primitus emerſerunt, qui adeo peregrinam Graecorum linguam, non modo per Etruriam, ſed per multas etiam nobi-

liores

liores Italiae partes, quaſi novum literarum ſemen, ita diſperſerunt, ut paullatim creſcens, iam uſque ad *Landini* aetatem, germinaſſe videretur.

(1) Ita *Iannoctius Manettus* in *Vita Petrarchae* a Cl. *Laurentio Mehus* edita, adfirmat „ Quocirca primus a Barlaam Monacho literarum Graecarum imprimis peritiſsimo, vel „ potius tantummodo doctiſsimo, Catonem „ Cenſorium imitatus, qui in ſenectute literas Graecas diſcere non erubuit, Graece „ edoceri coepit. „ Ipſe autem *Petrarcha* hac de re luculentiſsimum teſtimonium in Libris *De Ignorantia ſui ipſius* nobis exhibet in hunc modum: „ Quorum librorum, *ſcilicet Platonis*, ego his „ oculis multos vidi, praecipue apud Calabrum „ Barlaam modernum Graiae ſpecimen Sophiae, „ qui me Latinarum inſcium docere Graecas „ literas adortus, forſitan perfeciſset, niſi „ mihi illum invidiſset mors, honeſtiſque principiis obſtitiſset, ut ſolita eſt. „

(2) Vid. ſupra laudatum *Manettum* in *Vita Ioannis Boccaccii*. Idem praeterea in Opere *Genealogiae Deorum* Lib. XV. Cap. VI. adfirmat: „ Poſt „ hos & Leontium Pilatum Theſſalonicenſem „ virum, & ut ipſe adſerit, praedicti Barlaae „ auditorem perſaepe deduco, qui quidem adſpectu horridus homo eſt, turpi facie, barba „ prolixa, & capillitio nigro, & meditatione „ occupatus adſidua, moribus incultus, nec „ ſatis urbanus homo. Verum, uti experientia „ no-

„ notum fecit, litterarum Graecarum doctiſsi-
„ mus; & quodammodo Graecarum hiſtoria-
„ rum, atque fabularum, archivum inexhauſtum;
„ eſto Latinarum non ſatis adhuc inſtructus ſit.
„ Huius ego nullum vidi opus, ſane quicquid,
„ ex eo recito, ab eo, viva voce referente,
„ percepi. Nam eum legentem Homerum, &
„ mecum ſingulari amicitia converſantem, fere
„ tribus annis audivi, nec infinitis ab eo reci-
„ tatis, vergente etiam alia cura animum,
„ acrior ſuffecisſet memoria, ni ſchedulis com-
„ mendaſsem. „ Verum de pertinaci ſuo lite-
rarum Graecarum ſtudio, ac progreſsu, *Boccaccius*
ita apertius loquitur Cap. VII. „ Nonne ego
„ fui, qui Leontium Pilatum, a Venetiis, occi-
„ duam Babylonem quaerentem a longa pere-
„ grinatione meis flexi conſiliis, in patria te-
„ nui? qui illum in propriam domum ſuſcepi,
„ & diu hoſpitem habui, & maximo labore
„ meo curavi, ut inter Doctores Florentini
„ Studii ſuſciperetur, ei ex publico mercede
„ appoſita? Fui equidem ipſe inſuper, qui pri-
„ mus meis ſumtibus Homeri libros quoſdam
„ Graecos in Etruriam revocavi, ex qua
„ multis ante ſaeculis abierant, non redituri.
„ Nec in Etruriam tantum, ſed in Patriam
„ deduxi. Ipſe ego fui, qui primus ex Latinis
„ a Leontio Pilato in privato Iliadem audivi.
„ Ipſe inſuper fui, qui ut legerentur publice
„ Libri Homeri operatus ſum. Et eſto non
„ ſatis plane perceperim; percepi tamen quan-
„ tum potui, nec dubium ſi permanſiſset homo
„ ille vagus diutius penes nos, quin plenius
„ percepiſsem. „ Vide hac de re *Fabricium* in
Bibliotheca Mediae, & infimae Latinit. Vol. I.

Lib.

Lib. II. & *Dominicum Mariam Mannium* in Illuſtratione *Fabularum Boccaccii* Cap. XI. qui annum circiter MCCCXLVIII. Monachum hunc Florentiam veniſse arbitratur, *Angelum M. Riccium* Tom. I. *Diſſertationum Homericarum* pluribus in locis. *Bernardum Baldium* in *Chronic. Mathematic. Io. Hieronymum Gradenigum* de Graecae linguae cultoribus Saeculi XI. uſque ad XIV.

(3) Quod revera *Emanuelem* hunc Conſtantinopoli, Florentiam arceſsiverint Florentini, ut vult *Manettus* in *Vita Ioannis Boccaccii*, dubitandum eſt, quum teſte *Paulo Iovio* in *Elog.* is Bizanto emiſsus fuerit ab *Ioanne* primum Imperatore, mox ab *Emanuele* F. ut totius Europae Reges, adeundo, pereunti Graeciae auxilium imploraret. Vid. *Ioan. Baptiſtam Recanatum Obſervat. Critic.* in *Iac. Lenfantium* num. XIV. & ſeqq. Quod officium poſtquam laborioſa peregrinatione adimplevit, Graecia ſummo metu liberata, & diro hoſte ſublato, Venetiis primum, mox Florentiae, Romae deinde, ac denique Tycini commoratus eſt, ut etiam meminit *Barptolemaeus Facius De Viris illuſtribus*, & *Paullus Corteſius De Hominibus doctis*. Melioris autem notae auctores A. MCCCXCVII. in Italia ſubſtitiſse inter ſe conveniunt, ut laudatus *Recanatus* loc. cit. num. XVI. & in *Vita Poggii*. *Brietius* in *Chronolog.* & *Apoſtolus Zenus* in *Ephemer. Liter. Venet.* Tom. XII. animadvertunt.

§. VII.

§. VII.

INcredibile dictu eſt, quanto amore literatos viros Domus *Medicea* complexa fuerit, iiſque ad doctrinam excitandis, fovendis, ac promovendis ſtuduerit. Aeternae idcirco memoriae commendanda ſunt magna *Coſmi* potiſſimum (1), et *Laurentii* (2) nomina, qui regio ſumtu celeberrimam, et incomparabilem Bibliothecam bono publico Codicibus pretioſiſſimis, undique ex ipſa etiam Graecia conquiſitis, inſtruxere (3). Illi Graecos exules e Conſtantinopoleos excidio profugos domi libentiſſime receperunt (4), inter quos minime praetereundus eſt *Ioannes* ille *Argyrophilus* (5), qui ob memoratum Turcarum impetum e Graecia exſul, larga admodum mercede a *Coſmo* conductus fuit, tantamque apud ipſum honoris, ac virtutis famam comparavit, ut *Petro* filio, nepotique *Laurentio*

Prae-

Praeceptor conſtitutus, loco Parentis haberetur, ac Florentinae Iuventuti Graecos Auctores ſummo cum plauſu publico decreto enarraret (6). O igitur vere illos felices, quibus tum hiſce Cimeliis, hiſce egregiis ad eruditionem acquirendam ſubſidiis uti licuit! Qua de re minime mirum eſt, ſi tot Literarii Orbis lumina longo ordine prodierint, qui ſplendore ſuo nobis omnibus viam ad virtutem, & gloriam patefecerunt. Ex his unus *Chriſtophorus* noſter fuit, cuius cum praeclaram indolem, ingeniumque divinum, ad quaecumque mirifice idoneum inſpexiſſet Pater, ſtudiis literarum, egregiae indolis puerum deſtinavit, *Gabrielis* Monachi Camaldulenſis exemplo maxime motus, a quo prima literarum rudimenta accepiſſe videtur (7).

(1) *Coſmus*, de cuius laudibus numquam ſatis copioſe, atque ornate ab ullo dici poteſt, Reip. ſuae columen, ac decus iure optimo nuncupari poteſt; ideo quod Italiam univerſam, quoad vixit, conſilio, & prudentia immunem

ab incurſionibus barbararum gentium, & rapinis praeſtiterit. Regum illuſtrium toto terrarum orbe ſummam benevolentiam multis officiis ſibi conciliavit. Fuit plane vir unus, qui de humano genere optime meritus haberi poſsit. *Nullam tamen pleniorem gratiam* [ait *Philippus Beroaldus* ſenior in Epiſtola *Leoni* X. inſcripta in Dedicatione Operum *Cornelii Taciti* ex edit. *Iunct.* MDXXVII.] *nullum uberius fructum tulit, quam id ipſum, quod literae ſunt eum remuneratae; memores enim ipſius in ſe beneficentiae, ne ingratae haberentur, eum mortalitati ereptum, aeternitati conſecrarunt.* Vide *Iac. Middendorpium Academiarum celebrium univerſi orbis* Lib. IV. *Barpt. Scalam* in Epiſtola ad *Politianum* Epp. *Pol.* Lib. XII. *Valorium* in eius Vita. *Flavium Blondum* Lib. I. *Ital. Illuſtratae*, *Ambroſium Camaldulenſem*, pluribus in locis, & praeſertim in Epiſtola, qua ei nuncupat verſionem *Laërtii*, in Epiſtola ad *Nicolaum Nicolum* de Codicibus ab oblivione vindicatis, & in verſione Sermonum *S. Ephraim Syri*, *Iacobum Gaddium* in verbo *Laërtius*, *Marſilium Ficinum* in pluribus Epiſtolis ad eum miſsis, *Razzium* in eius Vita, *Aloyſium Torellum* in *Saeculis Auguſtinianis* Tom. I. *Ferdinandum Vghellium* in Archiepiſcopis Florentinis in *Ioanne Nacovio*, *Poggium* in Epiſtola Conſol. ad *Coſmum* exulem. *Barptolemaeus Scala* collectiones *Coſmianas* confecit MSS. in Bibliotheca *Laurentiana*, hoc eſt Volumen plurium Epiſtolarum in laudem *Coſmi* a diverſis Auctoribus ſcriptarum in unum collegit. *Antonius Panormita* librum ei *Hermaphroditi* nomine dictum conſecravit, eamque dedicationem *Ioannes Lamius* in *Catalogo MS. Bibliothecae Riccardianae* publici iuris fecit. Conſule

ſule denique *Antonium Varillaſium*, *Ioan. Ludovicum Gottofr.* in *Archit.* Lib. I. Cap. CXLV. §. XVIII. *Thomam Lanſium* in *Conſultatione de Principatu*, *Aloyſium Morerium*, & *Baillettium* in *Lexico Univerſali*, *Franciſcum Sanſovinum* in *Familiis Illuſtribus Italiae*, ubi de *Medicea* Domo agit in *Anecd. de Flor. Ioſephum Blanchinium* in *Hiſtoria Domus Mediceae*, alioſque quamplures. In noſtro veteri MS. Florentinarum rerum Diario, & exactiſsimo Magiſtratuum noſtrae Vrbis Catalogo, vulgo *Prioriſta*, ita notatum invenio ſub A. MCCCCLXIV.
„ In queſto tempo addì 31. di Luglio morì il
„ famoſo, et nobil Cittadino Coſimo de' Medici
„ a Careggi, quale fu il più riputato, et no-
„ minato Cittadino, che aveſse mai Firenze,
„ o alcun altra Città, et non ſolo ſuperò ogni
„ altro de' tempi ſuoi di autorità, e ricchezza,
„ ma di liberalità, et prudenza. Fece in Fi-
„ renze infiniti Edifici, et Chieſe, e fra le al-
„ tre S. Marco, San Lorenzo, il Monaſterio
„ di S. Verdiana, a Fieſole S. Bartolommeo, et
„ la Badia, nel Mugello un Convento di Frati
„ Minori, et più Cappelle in S. Croce. Nelli
„ Angeli, in S. Miniato, et più ornamenti, e
„ paramenti in diverſi luoghi ricchiſsimi, fece
„ le ſue private Caſe in Firenze, et IV fuori a
„ Careggi, et in Hieruſalemme un ricettacolo
„ di poveri, et infermi Peregrini, et molte al-
„ tre lodi ſi laſcion di dire per brevità. Fu
„ modeſto molto, perchè non cercò Parentado
„ con Principi; ma con Giovanni, la Cornelia
„ degli Aleſsandri, e con Piero ſuoi figli, la
„ Lucrezia de' Tornabuoni congiunſe: et delle
„ nipote nate di Piero, la Bianca a Girolamo
„ de' Pazzi, et la Nannina a Bernabò Rucellai

„ maritò . Proibì per reſcritto , che non li ſi
„ faceſse al mortorio honoranza neſsuna , e
„ laſciò per l'amor de Dio per maritar povere
„ fanciulle ſc. XX mila di oro , fra molte
„ altre opere di carità , che fece , et fu ſep-
„ pellito in S. Lorenzo , e poſto per pubblico
„ decreto Padre della Patria ſopra la ſepoltura ,
„ et di lui reſtò Piero ſuo figliolo . „ Haec
praefatus Codex de *Coſmo* , de cuius laudibus
Lectori ſatisfactum eſse non dubito.

(2) *De Laurentio Mediceo* verba facere , deque eius magnificentia , ſupervacaneum omnino mihi videtur ; ſatis enim de eo ſcripſerunt innumerabiles ferme Auctores , quorum nomina ſi velim recenſere , taedium Lectori potius , quam voluptatem adferrem , praecipue quum *Silvanus Razzius* eius geſta luculentiſsimo commentario illuſtraverit . Hoc ſolum dicam , tanta nominis claritate floruiſse , ut *Sultanus* ipſe Aegypti , ſeu Rex , miſsis ad eum legatis , eius amicitiam inierit , ut teſtis eſt *Landinus* Comment. in Virg. Lib. XII. ubi ait : „ Nam & noſtris
„ temporibus vidimus Aegypti Regem , non
„ ſolum Ferdinandum Regem Neapolitanum ,
„ verum etiam noſtrae urbis decus *Laurentium*
„ *Medicem* praeclariſsimis donaſse muneribus ,
„ curaſseque ex Aethiopia arceſsendas duas Zo-
„ roaphas beſtias , noſtro Caelo incognitas , qua-
„ rum alteram Neapolim , alteram Florentiam
„ mitteret . *Et deinde :* Ea autem , quae a Ba-
„ bylonio Sultano miſsa , inducta eſt ab eius
„ Legato Malphoth in urbem Florentinam
„ Kal. Decembris A. a noſtra ſalute octogeſimo
„ ſeptimo ſupra milleſimum ac quadringente-
„ ſimum , una cum manſuefacto Leone , quem ille

Rex

„ Rex Zoroaphe in muneribus adiunxit, quo-
„ niam id animal, Florentino Populo inſigne
„ eſse ſciebat.

(3) De Bibliotheca ab illis excitata brevem conſcripſit libellum *Antonius a S. Gallo* MS. in Bibliotheca *Riccardiana* Codex chart. Pl. 4. Ord. 4. num. XIII. & Codex VIII. Pl. R. Ord. 2. vide etiam *Paullum Iovium Hiſtor. ſui temporis* Lib. I. *Nicolaum Leonicenum* in Libro *De Plinii*, *&* *aliorum Medicinae erroribus*, Baſileae in 4. Confer Epiſtolam Lib. XI. *Epp. Marſilii Ficini* f. CLXXXII. & MCCCXCII. ad *Mart. Vranium*. Laudes praeterea *Mediceae* gentis, & Bibliothecae proſequitur *Ioannes Laſcaris* Graecus in Epiſtola ad *Petrum Medicem*, adpoſita Editioni Anthologiae Epigrammatum Graecorum rariſsimae, quae Florentiae A. MCCCCXCIV. in 4. prodiit, quam adeo integram profert Annalium Typogr. Auctor. Tom. I. p. CCLXXI. Cl. *Mattaire*. Noſter igitur *Laurentius* Bibliothecam ſuam ita regie locupletavit, ut viris doctis ad excolendas literas inſtrumenta praeberet, uti egregie teſtatur *Nicolaus Leonicenus* in Epiſt. ad *Polit.* Lib. II. *Epiſtolarum Polit.* Epiſt. VII. *Iacobus* vero *Middendorpius* Lib. IV. *Acad. Celebr. univerſi orbis*, ait: „ Sicut clariſsimus ille *Laurentius Medices*,
„ Coſmi in ornanda univerſitate Florentina ſtu-
„ dium diligenter imitatus eſt; ſic in Bibliotheca
„ inſtruenda nihil prorſus de eo remiſit; nam
„ ut Coſmus ad Coenobium D. Marci pulcher-
„ rimam Bibliothecam erexit. „ *Ioan. Michaël Brutus* in *Hiſt. Flor.* in eo *Laurentium* Avo ſuo *Coſmo* praeferendum ſenſit, quod ille aliorum cauſa, hic etiam, optimarum artium ſtudioſis locupletiſsimam ſibi Bibliothecam comparavit.

(4) In Italiam profugerant aetate illa, & paullo ante longa Graecorum veluti agmina, qui Patriae excidio ſuperſtites, fugitivos Penates, & Graecae facundiae reliquias in ſpectatiſsimas Italiae Civitates intulerunt.

(5) Fuit is unus ex illis, qui ex Oriente profugi penates, literaſque exſules ſecum in Italiam attulerant. Stetit a partibus *Ariſtotelis*, eiuſque Libros in Academia Florentina publice interpretatus eſt, quamvis Graecis etiam literis Iuventutem inſtituerit. Hanc enim poteſtatem fecerant ei *Coſmus*, filiuſque *Petrus*, & nepos *Laurentius*, apud quos maxima in gratia fuit, teſte *Politiano* ſub initio Capitis I. *Miſcell.* Eius in celeberrima Bibliotheca *Riccardiana* exſtant eruditae Expoſitiones in Ethica, Phyſica, in Libros de Anima, & Mechanica *Ariſtotelis* Lib. III. Codex chart. in fol.num. X. In Libri tegmine ita ſcriptum eſt:

„ Praefationes Ioannis Argyrophili, dum
„ Florentiae doceret. Alibi: In Libros Ethico-
„ rum die IV. Februarii hora XIV. die Veneris
„ MCCCCLVI. die I. Februarii MCCCCLVII.
„ hora XIV. in Phyſica die III. Novembris
„ MCCCCLVIII. hora fere XIV. In Libros de
„ Anima die V. Novembris hora fere XIV. die
„ Mercurii MCCCCLX. in Mechanica Die XXI.
„ Novembris MCCCCLXI.

Barptolemaeus Fontius in Annalibus ſuorum temporum, qui leguntur in Codice chartaceo Bibliothecae *Riccardianae* ad A. MCCCCLVI. haec habet de *Argyrophilo*: „ *Ioannes Argyrophi-*
„ *lus* Byzantius Peripateticae Philoſophiae do-

„ ctor

„ ctor egregius, magno ſalario Florentiam accitus, ſumma omnium admiratione ad Annos „ XV. eſt profeſsus. „ Idem *Fontius* ad A. MCCCCLXIV. de eodem *Argyrophilo* haec tradit: „ *Ioannes Argyrophilus* Byzantius, annitente *Laurentio Medice*, *Petri* filio, civitate „ donatur a Florentinis. „ In Bibliotheca *Magliabechiana* Claſs. XXV. Codex XXXV. chart. in 4. exſtat, cui titulus: *Vita di Palla di Mſ. Noferi degli Strozzi*. Huius Vitae Auctor anonymus eſt, ſed cum adleget Vitam *Nicolai* V. a ſe ſcriptam, *Veſpaſianus a Biſticci* videtur eſse, qui eiuſdem Pontificis, *Pallantis Strozzae*, aliorumque Vitas Italice edidit. In Vita Italica *Pallantis Strozzae* nos edocet *Argyrophilum* docuiſse Patavii *Pallantem*. *Veſpaſiani* verba ſunt haec: „ Venuto Mſ. *Palla* a confine a Padova „ ſi voltò alle lettere Greche, come in un tran„ quillo Porto di tutti i ſua naufragi, e tolſe in „ caſa con buoniſsimo ſalario Meſser *Giovanni* „ *Argiropilo* a fine, che gli leggeſse più Libri „ Greci, di che lui aveva deſiderio udire, et „ inſieme con lui tolſe un altro Greco dot„ tiſsimo il ſimile a ſalario, a fine di udire piu „ lezioni. Meſ. *Giovanni* gli leggeva opere di „ *Ariſtotile* in Filoſofia naturale, della quale „ egli ne aveva buoniſsima notizia: da quell' „ altro Greco udiva certe lezioni ſtraordinarie „ ſecondo che gli veniva voglia. Benchè Meſs. „ *Palla* fuſsi dottiſsimo in quella lingua per „ avervi dato lungo tempo opera, e lette le „ lezioni, non perdeva mai tempo, ma atten„ deva a tradurre opere di S. *Gio. Griſoſtomo* „ di Greco in Latino. „ De eo fuſius agit *Humphredus Hodius* in Opere poſthumo publici

iuris facto a *Samuele Ieb* Londini MDCCXLII. *De Graecis Illuſtribus* Lib. II. Cap. I. Atque hic haud ſupervacaneum mihi videtur, quoniam de Vita *Pallantis Strozzae* agimus, ſi proferam egregium aliud fragmentum mihi cum ſuperiore humaniſsime a Cl. *Laurentio Mehus* communicatum, ubi adventus *Chryſolorae* Florentiam indicatur, quique ſub eo Graecas literas didicerunt ex ordine memorantut. En ſupra laudati Veſpaſiani verba ſub initio: „ Eſsendo in Firenze *Palla*, et „ avendo notizie delle lettere Latine, ma non „ della Grecha, determinò, che avendo noti„ zia delle lettere Latine l' aveſſe anchora „ delle Greche, e per queſto fece ogni coſa „ che potè, che *Manuello* Griſolora Greco „ paſsaſsi in Italia, et adoperoſsi a farne ogni „ coſa col favore, et accompagnando buona „ parte della ſpeſa, perchè egli paſsaſse in „ Italia, come paſsò per la ſua diligentia. „ Venuto *Manuello* in Italia nel modo detto „ col favore di Meſser *Palla* manchavano i „ Libri, che ſanza i Libri non ſi poteva fare „ nulla. Meſser *Palla* mandò in Grecia per „ infiniti Volumi alle ſua iſpeſe. La Coſmo„ grafia colla Pittura fece venire inſino da „ Goſtantinopoli, le Vite di Plutarco, le Opere „ di Platone, e infiniti Libri degl' altri. La „ Politica di *Ariſtotile* non era in Italia, ſe „ Meſser *Palla* non l' aveſsi fatta venir lui da „ Goſtantinopoli, et quando Meſser *Lionardo* „ la traduſse, ebbe la copia di Meſser *Palla*. „ Fù cagione Meſser *Palla* per aver fatto ve„ nire *Manuello* in Italia, che Meſser *Leonardo* „ d' Arezzo imparaſse le lettere Greche da „ *Manuello*, *Guarino* Veroneſe, Frate *Ambruogo*

„ de-

„ degli Agnoli , *Antonio Corbinelli* , *Ruberto de' Roſſi*, Meſser *Lionardo Giuſtiniani*, Mſ. *Franceſco Barbaro* , *Pietro Pagolo Vergerio* , e Ser *Filippo* di Ser *Vgolino*, che fu non ſolo nella „ lingua Latina dottiſsimo ; ma fù diſcepolo „ di *Manuello* , e fù in quello tempo riputato „ il più dotto uomo aveſsino i Latini , per „ eſser ſuto diligentiſsimo in ugni coſa . *Nicholaio Nicholi* fù ſuo diſciepolo , e maxime „ nello ſtudio delle lettere . Fù tanto il frutto , che ſeguitò della venuta di *Manuello* „ in Italia , che fino al preſente dì ſe ne colgono de' frutti , della quale venuta fu cagione Mſ. *Palla* , il quale mertò grandiſsima „ lode , e commendatione di tutte le opere „ ſue per la generoſità dell' animo ſuo . „ At quoniam de *Chryſolora* rurſus hic agimus, non pigeat adnotare , quod in Bibliotheca *Laurentiana* P. LII. Cod. E in 4. extat, ubi inter alia *Leonardi* Oratio legitur in *Nebulonem Maledicum* . Hic *Nebulo* eſt *Nicolaus Niccolus*, qui a *Leonardo* arguitur, expuliſse ex hac urbe *Chryſoloram*. *Leonardi* verba haec ſunt : „ De viventibus autem „ pudet etiam mane referre, qua iſte acerbitate „ *Chryſoloram* Byzantium, abundanti doctrina hominem inſectatus ſit . Quem omnes ob ſingularem ſcientiam , moreſque probatiſsimos colebamus; hic unus inventus eſt, qui omnifariam „ iniuriis , contumeliiſque laceſseret , quoad „ conſilium coepit ex hac urbe demigrandi . Tu „ monſtrum importunum , atque nefarium : Tu „ inquam nebulo , illud ſapientiae iubar , illum „ literarum Solem , quo illuminati ſumus , ex „ hac urbe pepuliſti : Tu calumniis , Tu infamiis , Tu omni ſcelere ſanctiſsimum illum virum

„ rum perſequi non veritus es . „ Vid. p. LXV. Epiſtolarum *Leonardi Arretini*, ubi de hac Oratione ediſseritur a Clariſsimo Editore.

(6) Confer *Nicolaum Machiavellum* Hiſtor. Flor. Lib. VII. *Barth. Scalam* inEpiſtola ad *Polit.* Lib. XII. Epiſtolarum *Polit.* Epiſt. XVII.

(7) Id ipſe *Chriſtophorus* indicare videtur in Elegia ſupra relata, ubi haec cecinit:

Tu me Muſarum magno inflammatus amore,
Cyrrhaei impuleras ſcandere celſa iugi
Te Duce Permeſsi liquidas ad fluminis undas
Venimus, & ſacro tinximus ora lacu.

§. VIII.

SVſceptam a *Chriſtophoro* noſtro Spartam iuvit maxime *Angelus* quidam a *Tuderto* (1), qui ſcribae officio ſub *Eugenio* IV. fungebatur, quique puerum noſtrum, decimum aetatis annum agentem, Volaterras arceſſiri ſtudiorum cauſſa, ibique ſuis ſumtibus ſubſtentari voluit (2). Tantumque in eo *Chriſtophori* noſtri progreſſus in literis deſiderium erat, ut cum ſe morti proximum animadverteret, teſtamento legaverit, ut illum heredes ſui ibidem per triennium adhuc detinerent, atque alerent. Videbat

bat enim, quanta in eo eſſet ingenii acies, & quam ardens, atque inſatiabilis doctrinarum omnium addiſcendarum cupiditas; in quo quidem ſpes eum non fefellit; tantam enim in ea Vrbe Latinis literis operam navavit, ut praeter aetatem plurimum profeciſſe videretur, & honorificam Doctoris Lauream conſequeretur anno XV. aetatis ſuae (3) Florentiam deinde reverſus anno MCCCCXXXIX. Latinarum, Graecarumque literarum exactiorem cognitionem, necnon neceſſariam ratiocinandi artem ſub viris ea tempeſtate clariſſimis accepiſſe credibile eſt, ſub *Leonardi* ſcilicet (4), ac *Caroli Arretinorum* (5), diſciplina, *Poggio* fortaſſe ſuadente (6) quocum, & *Chriſtophoro* noſtro maxima conſuetudo intercefferat; iſti enim in Florentino Athenaeo publice profitendo, & diſerte dilucideque ſcribendo maxime floruerunt. Ceterum, quicumque ſe res habeat, certo ſcimus ipſum doctiſſimo-

rum

rum Virorum Muſea, & Bibliothecas diuturna conſuetudine frequentaſſe: & hinc factum eſt, ut Latine ita loqueretur, ut Romae, Graece vero, ut Athenis innutritus videretur (7); &, quod pauci uno in ſermone praeſtiterunt, id ab adoleſcente *Chriſtophoro* in Latina, & in Graeca oratione effectum fuerit non ſine omnium, qui de his ſtudiis aliquid iudicare poſſunt, admiratione. Ac profecto interdum quid cauſsae ſit miramur, cur, cum Oratori Poeta maxime finitimus ſit, negent quidam fieri poſſe, ut qui bonus ſit orator, idem & egregius poeta poſſit evadere. Cum enim diuturno ſtudio, magniſque lucubrationibus utraque ars indigeat, ad utramque tempus, atque otium non ſuppetit. At ſi quis utrumque ſtudium copularit ſimul atque coniunxerit, magnae cuiuſdam intelligentiae, acriſque iudicii eſt. Verum id minime in *Chriſtophoro* mirandum eſt, dummodo animadvertamus,

tamus, quanto amore a teneris annis Scriptores Graecos, Latinos, Tuſcanicoſque complecteretur (8); varia enim illorum, multiplicique doctrina, ac ſtili ſuavitate pellectus, in iis penitus cognoſcendis, vehementem, diuturnamque operam impenderit (9).

(1) In Archivo Archiepiſcopatus Florentini inter ſcripta *Iacobi a Lutiano* Tabellionis n. 1422. Teſtamentum *Angeli a Tuderto* ſervatur, ex quo habetur, ipſum inter cetera *Chriſtophoro* de Prato veteri, quem domi, & Volaterris ſtudii gratia propter eius nobile ingenium alebat, teſtamento legaſse, omnes libros, pannos, & veſtes, quas dictus Teſtator, eam ob rem emerat; legavitque praeterea, dictum *Chriſtophorum* nutriri ab infraſcriptis ſuis heredibus, & fideicommiſsario, & eſecutoribus, per trium annorum ſpatium, ſumtibus hereditatis dicti Teſtatoris. Elapſis vero tribus annis, ſi dictus *Chriſtophorus* iuvenis frugi fuiſset, rurſus a dicto herede novis veſtibus donari, & florenos XV. ſolvendos illi conſtituit. Sequitur deinde apocha *Chriſtophori Landini* in haec verba, qua ſe haec omnia accepiſse teſtatur:

1439 adì 4 di Ottobre

Io Criſtofano di Bartolomeo da Prato vechio fò pieniſſima fede, qualmente lo ſpettabile huomo Franceſco

ceſco di Altobianco delli Alberti, per virtù di un certo legato laſciatomi già da ſer Agnolo da Todi, mi à ſodisfatto dal dì 20 di Agoſto 1436, inſino al ſopradetto dì, mi a mantenuto nelle ſquole con ogni comodità, di vitto, veſtito, et libri laſciatomi, et li quindici fiorini d'oro, che mi doveva per il medeſimo legato, mi à oggi pagato in pecunia numerata, et li veſtimenti da verno, e da ſtate nuovi à ordinato mi ſi faccino diligentemente, come dalla volontà del ſopradetto ſer Agniolo, mi à interamente ſodisfatto, et in fede io Criſtofano ec.

Huiuſmodi ſcripta producta in Iudicium fuere A. MCCCCLVI. cum cauſsa quaedam inter *Albertos* heredes dicti Teſtatoris, & pauperum curatorem agitaretur. Praeterea in folio quodam, praeterito ſaeculo exarato, apud *Ambroſios*, haec notata invenio: „ Meſs. *Criſtofano Landini* „ ſtette nel pubblico Studio della Città di Volterra cinque anni continui, terminati l' ano „ 1439, e di ſua età anni 15, mantenutovi a „ ſpeſe di vitto, veſtito, e libri per il ſuo nobile ingegno da Mſ. Angelo di Iacopo Atti da „ Todi Notaio di Camera, e da ſuoi Eredi per teſtamento fatto a Bologna, adove ſi ritrovava „ appreſso, et in ſervizio di Papa Eugenio IV, „ rogato da Ser Filippo di Lemmo di Peſcia Notaio della Camera Apoſtolica il dì 23 Lugio 1436.

(2) Volaterris non exigui nominis Academiam ſuiſse arguitur, ex *Mario Ioannello* in *Chronic. Volaterr.* p. 48. & ex Epiſtola quae mihi ante oculos obvenit, nonnulla apud Nobiles *Ambroſios* ſcripta ad *Landinorum* gentem ſpectantia colluſtranti, qua *Bernandus* quidam ex illuſtri

ſtri *Cecinae* progenie ſatus, ad *Antonium Franciſcum Landinium*, a quo fuerat ſuper hanc rem antea conſultus, ita reſpondet:

„ Molto Illuſtre Sig. Padrone Oſservandiſs.

„ Accuſo la ricevuta della lettera del Sig. „ Turno, è ei invece di Gio. ritenu- „ to in letto per certo accidente occorſole: „ ma la paſserà bene, a Dio piacendo. Da „ cento ò cinquanta anni in qua in Volterra „ non ci è ſtato ſtudio univerſale, nè perciò „ ſtato indulto o privilegio d' addottorarſi. Ci „ ſi è bene letto da Dottori publicamente con „ proviſione publica Inſtituta, e Logica, confe- „ rito queſto offitio ogn' anno dal publico: ma „ da alcuni anni in qua non ſi legge et per „ mancanza di giovani, che voglino attendere, „ et per defetto della proviſione, eſsendo man- „ cate l' entrate alla Fraternità, luogo eretto „ dal medeſimo publico; et poſso dire, che „ il Signore Aulo et io haviamo portato queſto „ peſo, et il Sig. Aulo leſse et con gran con- „ corſo et applauſo, et tenne più volte con- „ cluſione publiche, et nelli impieghi havuti et „ nello ſtato, et fuora queſta lettura .... et ſer- „ viva per uno de' requiſiti. Intendo bene, che „ anticamente il Veſcovo del luogo dottorava; „ ma di preſente o non ha, o non eſercita que- „ ſto privilegio: che è quanto poſso dire in „ queſto particolare. Includo qui la lettera „ di ..... Cerini .... premendomi le venga in „ mano; et qui di tutto animo reveriſco V.S.

„ 15. Marzo 1655.

„ Di V. S. Molto Illuſtre

„ Obl. et Dev. Serv.

„ Bernardo Cecina.

(3) Id arguitur ex Inſcriptione quadam, manu tamen non ſatis antiqua, adpoſita initio Elegiae *De ſuis Maioribus*, quae MS. apud laudatum *Everardum Ambroſium* exſtat, & ita ſe habet: „ M. *Criſtofano* ſi addottorò di anni XV. „ compoſe queſto libro in gioventù di anni „ XIX nel MCCCCXLIII lo intitolò la Xan- „ dra donna che gli portò affezione, ſiccome „ il Petrarca alla Laura. Fù comentatore di „ Dante, e altri. Fù Poeta, e Segretario della „ Repubblica Fiorentina „ Laurea haec honorifica ab Epiſcopo Volaterrano conferebatur, ut coniicio ex quadam Proconſulis deliberatione, quae in Archivo eiuſdem, Florentiae legitur in libro vocato, vulgo *delle due Stelle* ſub die XXIV. Decembris MCCCCLXX. p. CCLXIII. eaque ſtatuitur, ut *Chriſtophorus Landinus*, quamquam Lauream doctoralem in publica Vniverſitate non obtinuerit, nihilotamenminus, eius ammirabili ingenio, in Iudicum, & Tabellionum collegio Florentiae adſcribatur. Vide *Marium Ioannellum* loc. cit. p. 6.

(4) De *Leonardo* Aretino Literarum Graecarum Florentiae reſtauratore, vide ea quae ſupra diximus p. 57. ſub nota V.

(5) *Barptolemaeus Fontius* in Oratione *De Satyrae, & Studiorum laudatione*, ita de duobus hiſce Doctoribus loquitur: „ *Carolus* poſtea „ *Martiopinus* publice profitendo, & *Poggius* „ aperte, dilucideque ſcribendo floruerunt.

(6) Quantum in Graecarum literarum facultate praeſtiterit; omnibus iis patebit, qui et eius opera, & variorum auctorum de eodem ſententias, quas ſuo loco proferemus, diligenter exquirent. Prae ceteris vero liquidum hac

hac ſuper re teſtimonium exhibet *Andreas Dactius*, Graecarum literarum & ipſe Florentiae profeſsor, in Oratione *De Linguae Graecae laudibus*, ad calcem Poëmatum impreſsa apud *Laurentium Torrentinum* A. MDXLIX. ubi de noſtro haec tradit: „ Videbam enim quamplurimos „ veterum, ſed & memoria noſtra *Landinum*, „ ac *Politianum*, noviſsime autem & *Vergilium* „ meum, quem praeceptorem in hac facultate „ confiteri non erubeſco &c. „ Atque hic ſumpta occaſione de *Carolo*, & *Poggio* nonnulla proferam. *Carolus* itaque *Marſuppinus*, non *Tortellus*, ut falſo tradit *Voſſius* de *Hiſtoric. Latinis* p. DLXXVIII. & *Morerius* in Lexico voce *Tortellus*, *Gregorii Dominici Minuccii* filius fuit, qui legum Doctor, & *Caroli* V. Galliarum Regis a Secretis, non parvi nominis claruit. *Carolus* vero a *Poggio* initio Hiſtoriae Florentinae, & a *Flavio Blondo*, vir omni laude, & doctrina praeſtantiſsimus nuncupatur. Obiit vero A. MCCCCLIII. relictis ſagacis ingenii ſui quamplurimis monimentis, quibus meruit, ut a *Matthaeo Palmerio*, viro diſertiſsimo, laurea corona donaretur, ut videre eſt Tom. X. *Ephemeridum Literatorum Venet.* Art. X. num. XXIV. & Tom. XI. Art. XIII. num. III. Quare referam hic tantum, quod latuit diligentiſsimum Ephemeridum Auctorem, ſcilicet quid in MS. Codice, vulgo *Il Prioriſta* dicto, a *Nicbolao Ridolpho* exarato, notatum inveni, quodque videre eſt in lectiſsima Bibliotheca DD. *Sarchiorum*, & Elegiam quamdam *Chriſtophori Landini* in eius funere ſcriptam, quam tamen memorat citatus Ephemeridum Auctor. Ad Codicem itaque deveniamus, cuius haec ſunt verba:

„ MCCCCLIII. Adi XXIV detto morì un altro
„ degn'uomo M. *Charlo darezzo* Chancelliere della
„ Signoria, che ſi fecie in tal dì la ſua ono-
„ ranza, dopo IV dì della ſua morte, e feciono
„ v Ciptadini ſopra la ſua onoranza, che ſono
„ queſti
„ M. Giannozo di Bernardo Manetti
„ Nicholo di Lorenzo Soderini
„ Matteo di Franceſco Palmieri
„ Vgholino di Nicholò Martelli
„ Piero di Choſimo de Medici
„ et eſsendo il detto Charlo in ſu la bara ſco-
„ perto bene adobato di veſte di ſeta, vi an-
„ darono e Chollegi chon gli altri Magiſtrati,
„ et ebbe queſte bandiere:
„ Vna Bandiera del Padre
„ del Re di Francia
„ del Popolo di Firenze
„ della Parte Ghuelfa
„ del Chomun darezo
„ dello Studio
„ del Proconſolo
„ Vna Bandiera di Chaſa ſua e drappelloni ſua
„ fue ſeppellito in S. Croce, e giunto in S.
„ Chieſa parato chon molti lumi, fue choro-
„ nato in ſu la bara di grillanda di verde lauro
„ per il nobile, e dotto uomo *Matteo* di *Fran-*
„ *ceſco Palmieri*, il qual *Matteo* fecie una degnia
„ Oratione, e alla ſua morte fue choronato
„ alſi Poeta anche lui da *Alamanno Rinuccini*:
„ fù facto dipoi al detto M. *Charlo* un bel
„ Sepolcro di marmo in un Chaxone elevato
„ da terra in detta S. Croce a ſua memoria
„ mondana. Dio l' habia onorato in Cielo, ſe
„ l'ha meritato, che non ſi ſtima, perche morì

„ ſan-

„ ſanza Chonfeſione , e Chomunione , e non
„ chome buon Chriſtiano . Feciono nuova ele-
„ zione di Chancelliere della Signoria di Firenze
„ M. *Poggio* di *Gbuccio Bracciolini* da Terra nuova
„ il quale ſtava a Roma col S. Padre , e la li
„ mandarono la lezione , e fue alſi degno uomo ,
„ che meritò alla morte ſua eſser choronato
„ Poeta anchor lui . „ Sequitur Elegia *Landini* :

Eulogium in Carolum Arretinum.

ERgo immaturo ! nec Te tua ſancta iuvabit
Carle fides , nobis funere raptus abis ?
Sed nos cum veſtri celebramus funera vatis ,
Dicite Pierides carmina pauca mihi .
Dicite , ſed tanto ſint quae dicenda Poetae ,
Efficite , ut noſtro creſcat in ore ſonus .
Occidit heu Latiae lumen , ſplendorque Camoenae
Carolus , Etruſci gloria magna ſoli :
Carolus , Aonio qui vos de monte vocabat ,
Viſeret Etruſcos veſter ut antra chorus .
Ergo ut defunctum luxit Verona Catullum ,
Vtque tuum flevit Vmbria nacta rogum .
Lesbos ut Alceo ſimul , & tibi maſcula Sappho ,
Legitimas merito contulit inferias ,
Sic pia nunc doctum luget Florentia vatem ,
Et quaerit tumulo praemia digna ſuo .
At vos crudeles o pectora ferrea , Parcae ,
Ante diem quid vos hunc rapuiſse iuvat ?
Non ego mortali immortalem ſorte creatum ,
Optabam , aut cervi ſaecula longa ſeni ;
Sed veteris ternos Saturni evincere curſus ,
Humana potuit conditione dari .
Hoc fas , hoc fuerat ius , ſed nunc publica cura ,
Heu iacet in gelido corpus inane toro ,

Purpureaque toga clarus, Phoebique corona,
 Iam ſubit obſcurum non rediturus iter.
Lucida praecedunt longa funalia pompa,
 Et ſigna a multis tradita principibus.
Namque ſua Antiſtes ſibi dat vexilla Latinus,
 Ex illo hoc magni pignus amoris habes.
Aureaque hinc Galli ſuccedunt lilia Regis,
 Illinc Bebriaci ſigna ſuperba Ducis.
Quarta Fluentini ſequitur Crux rubra Leonis,
 Nam ſunt haec populi munera magna tui?
Nam quid ego Arreti, quid te patriaeque parentem,
 Quodque decus dicit ultima dona loquar.
Ipſa tuum ſubeunt gymnaſia noſtra pheretrum,
 Doctaque turba pio fungitur officio.
Adſunt quaterni quaterna e claſse Tribuni,
 Quique decem curant bella gerenda viri.
Adſunt cuſtodes magnae bis quatuor urbis,
 Quoſque magiſtratus longa referre mora eſt.
At vos in primis Guelphae quibus indita ſectae,
 Eſt Aquila, in viridi facta Dracone potens:
Nec non Syllani populariter inde Quirites
 Certatim celebrant triſte miniſterium.
Omnia ſupremo poſsunt quae tempore reddi,
 Reddita ſunt tumulo, docte Poeta, tuo.
Nec tamen heu quiſquam meritos impendere hono-
 Sat putat, huic vati quid ſatis eſse poteſt? [res,
Quis tenuit lachrimas, quis non crudelia dixit
 Aſtra, quis in tota non fuit urbe dolens?
Sed quod praecipuum eſt, magni ſuſpiria *Coſmi*,
 Et lacrimas tanto vidimus ire viro.
Quin & vicinos dicunt gemuiſse leones,
 Et triviis fidos exululaſse canes.
Ipſae per montes, ſacrataque flumina, Nymphae,
 Solverunt maeſtas in ſua colla comas;
Sed

Sed tamen ante alias pulcherrima ſola ſororum
Ploravit natum Calliopea ſuum.
Hanc aderant circum Phoebus, doctaeque ſorores,
Frigida Parnaſi quae iuga ſumma tenent.
Nec liquido, ut quondam, mulcebant aëra cantu,
Nec cithara in manibus, nec coma culta fuit.
Squalebant atris in veſtibus, ipſaque laurus
Caſtalii frondes vidit abire ſuas.
Quin & Gorgonei quas eruit ungula monſtri,
Bellerophonteae delituiſtis aquae.
Heu tunc fata pii damnans inmitia nati,
Edidit hos queſtus Calliopea novos.
Quod ſcelus admiſit? vel quo vos crimine, Parcae
Leſerat? an triſtis vos quoque livor habet?
Huic ego cum primae polleret flore iuventae,
Verſibus in Lyricis aurea plectra dedi,
His iuvenum curas, & mobile pectus amantum,
Luſit, & aligeri regna ſuperba Dei.
His etiam laudis rectae, & virtutis amorem,
Quem ſequitur vera nobilitate decus.
At matura gravem multis ſibi fecerat aetas
Artibus, & poterat carmen hiare novum.
Me duce Cyrrhaei vatis deductus in antrum,
Silva quod horrenti laurea fronde tegit.
Hic tantum a Phoebo ſuſcepit mente furoris,
Maeonius quatum ceperat ante ſenex.
Sic igitur maiora ſonans iam pectore pleno,
Auſus ſublimis ſpiritus alta loqui.
Auſus quod vatum pauci de ſtirpe priorum,
Auſus quod veteres vix potuere patres.
Vt quod Smyrnaeo cognoſcunt carmine Graii,
Hoc legerent Italo ſaecula noſtra pede.
Spes hominum fallax, medio quae perfida curſu
Saepe cadens, miſeris irrita vota facit.

Nam quod iam multos fruſtra vigilaveris annos,
Cum minus heu credes, auferet una dies.
I nunc Cecropiis vigilanti pectore chartis
Inſuda, & veterum dogmata priſca legas;
Et nunc Socratici noſcas praecepta Platonis,
Nuc quod Ariſtotelis pagina multa docet.
Tu mundi ſecreta paras, atque abdita rerum
Diſcere, quid coelum, quid mare, terra, ferat.
Vnde genus noſtrum, vel quo plantaria ſurgant
Sidere, num cuncta haec ignis, & humor alat.
Vnde nives volitent, curque humida grando rigeſ-
Qua vi de ſummo fulmina torta ruant. [cat,
Quid natura petat recte, quae munera vitae,
Et quae ſint animi vera putanda bona.
Scilicet hoc memori divino pectore *Carlus*
Noctes, atque dies, advigilabat opus.
Artibus ut poſt haec vates ſuffultus honeſtis.
Maeonia poſset digna referre tuba.
Iam Danaum morbos, Phoebique furentia tela,
Dixerat, & denſis funera nigra rogis.
Pelidaeque animos, & verba minantis Atridae,
Quique bonus fuerat, Neſtora, conſiliis,
Sacraque navigiis ad Chryſam vecta Pelaſgis,
Redditaque irato pignora cara patri.
Tunc etenim culti torrentem ſenſimus oris,
Qui foret, & quantum ſurgeret ingenium;
Quantum divini ſpirarent corda furoris,
Creſceret & quanto lingua diſerta ſono.
Heu iam felici *Carlus* ſurgentia vento
Auſus erat vaſto credere vela mari;
Iam procul a terra, ſcopuliſque, vadiſque relictis,
Currebat celeri per freta longa rate.
Ecce autem infandum ſubito, nil tale timenti,
Mutavit faciem ſors inimica ſuam.

Nam

Nam ſubito fluctu, vaſtaque impulſa procella,
Merſa eſt in mediis naufraga puppis aquis,
Quae ſi ſperatum tetigiſset ſoſpita portum,
Et pleno intraſset oſtia tuta ſinu.
Nullo Arnus tantum ſeſe iactaſset alumno,
Egregios quamvis viderit ante ſenes.
Talia moeſta parens flebat, ſed plura parentis,
Non tulit infandus addere verba dolor.
Pluraque dicturae rumpunt ſuſpiria pectus,
Et flendo mediis deficit in lachrimis.
Te Florentini Gymnaſia docta Leonis,
Natorum ut luget turba relicta patrem.
Te rebus dubiis nunc publica cura Senatus,
Advigilans tanto cive carere dolet.
Intima tu magni noras praecordia *Coſmi*,
Et quaecunque ſacro pectore clauſa tenet.
Nec comitem rebus dubiis te reſpuit unquam,
Conſuleret populo cum bonus ille ſuo!
Tu felix, tanti poſses qui principis aures
Implere, & tanto grata referre viro.
Namque tibi ingenium, veloxque, tenaxque reperti,
Plurima quod poſset condere mente, fuit.
Adde tot egregias artes, vitaeque magiſtrum
Adde uſum, & longa multa notata die.
Legerat hiſtorias omnes, totque eruta priſcis,
. . . . maxima facta virum
Nemo quidem melius Romani aenigmata iuris,
Solvit & ambiguis vincula caeca reis.
Nam quid ego aeterno labentia ſidera curſu,
Aut referam certis cognita ſigna locis.
Te maris undiſoni, te, quae gerit omnia, terrae
Menſorem certa novimus eſse fide.
His te purpureis ſublimem ad ſidera pennis,
Docta per ora virum, *Carole*, fama levat.

F 4 Haec

Nec ventura tuas reticebunt ſaecula laudes,
Neve teget nomen, qui tegit oſsa lapis.
Dumque Fluentini veſtigia magna Leonis
Molibus oſtendet curia celſa ſuis,
Dumque domos Medicum, magnique palatia *Coſmi*,
Suſpiciet ſtupidis advena luminibus;
Vſque tui de te dictabunt maxima cives,
Livida nec poterit lingua nocere tibi.
Elyſios igitur lucos, umbraſque beatas,
Nam ſic fata iubent, docte, Poëta petes.
Illic quos genitor produxit in omnia Nilus,
Quique artes primum perdocuere bonas.
Quos genuit Perſis, quos & Babylonia tellus,
Doctorum occurret maxima turba tibi.
Illic Cecropiae quot iam vidiſtis Athenae,
Et quiſquis Latii claruit urbe Remi;
Sed tu Tyrrhenae gentis contentus honore,
Etruſcis cupies ſemper adeſse tuis.
Sunt in ſeceſsu liquidi prope fluminis undam,
Quae rident herbis prata decora novis,
Quot natura tulit, tot habent haec prata colores,
Pictaque diverſo flore renidet humus;
Non illic Phrygiis ſuſpenſa theatra columnis,
Nec ſunt artifici plurima facta manu.
Sponte ſua variis conſurgit mixta roſetis
Buxus, nativis ſedibus unus honor.
Deſuper & platani caſtae, Daphneaque laurus,
Oſtendunt ſacrum fronde virente nemus.
Flumen habet cygnos, at cetera turba volantum
Permulcent liquidis ruris amoena modis.
Non illic rapidos accendit Syrius aeſtus,
Nec riget Arcturi ſidere triſtis hiems;
Sed levibus Zephyris, & lenis flatibus aurae
Aeterno ridens tempore vernat ager.

Hic

Hic Feſulae placuit ſedem componere genti,
Huc veniens priſcos dinumerabis avos.
Nam qui pulcra tuos cecinit Proſerpina raptus,
Prima tenet Vates primus in urbe ſua.
Cui nec concedit, qui terras, ſidera, manes,
Quod ſtupeant omnes evigilavit opus
Hunc iuxta Gallam Tyirrheno carmine Lauram,
Qui canit & Latio punica bella pede.
Hic & Boccacii ſpectabis nobile nomen,
Qui pinxit varium doctus amoris opus.
Nec Leonardus abeſt tibi, cui Florentia tantum
Quantum Romanis Livius ipſe dedit.
Enumerare mora eſt, variis quos artibus olim
Edidit illuſtres lenibus Arnus aquis.
Hic & certa manet ſedes, vitaeque laborum,
Hic bene tranſactae praemia, *Carle*, feres.
At nos, aeterni ſint quae monimenta decoris,
Addemus tumulo carmina noſtra tuo.
Vrbs tulit Arreti *Carlum*, Florentia lauro
Cinxit, at ingenium Calliopea dedit.
Luſerat hic Lyricos, mox dum traducit Homerum,
Occidit heu patriae gloria magna ſuae.

De clariſsimi viri *Poggii* doctrina, ac virtute conſulendus *Iacobus Lenfantius* in *Poggiana*. *Io. Baptiſta Recanatus* in *Obſervationibus Criticis* ad *Lenfantii* opus. *Ephemeridum Literatorum Venetorum Collectores* Tom. IX. & Tom. X. Art. X. *Pocciantes*, & *Niger* ll. cc. Obiit A. MCCCCLIX. non MCCCCXX. ut perperam adſerit *Freberus* P. IV. *De Vitis Hiſt. Philoſ.* quare nil aliud referam, quam MS. in Lib. III. *Xandrae*, *Chriſtophori* Elegiam de eiuſdem laudibus ad *Petrum Medicem* inſcriptam, quae ita incipit:

Iam

IAm gelidum nigris ſubvecta per aera bigis
Nox, maris occiduas prona ſubibat aquas,
Cum matutina Thetis ſtatione relicta,
Oceanum rutilo Lucifer exit equo.
Hic mihi Caſtalii nemoris regina nitentes,
Venit Apollinea fronde revincta comas.
Nulla tamen docto reſonabant pollice fila,
Nec fuit in levi barbitos ulla manu.
Sed tamen, ut moeſto triſtis dedit ore querelas,
Cognita mi voce eſt Calliopea ſua.
Haec ita proh veſtri ſcelus, atque infamia ſaecli,
Proh dolor, heu Muſis hiccine venit honos.
Hiccine venit honos Muſis, quis ſemper Etruſca
Supremus fuerat hactenus urbe locus.
Te propter Graios olim Florentia fontes,
Et nemus, & Clarii linquimus antra Dei.
Nec piguit Feſulos montes, nec clauſtra Mugelli,
Neve Caſentini viſere ſaepe iuga;
Quin & aquas placidi vobis ſacravimus Arni,
Seque ſuo caſtus lavit in amne chorus,
Vt vobis celebres Vates, celebreſque venirent
Rhetores, & quicquid floret in hiſtoria.
Hinc Dantes, terras, & clari ſidera caeli
Dixit, & infernos tertia regna lacus;
Hinc tu divino, Petrarcha, incenſus amore,
Cantaſti Laurae cygnea colla tuae.
Cantaſti patrio Tyrrhena poemata verſu,
Cantaſti Latio punica bella pede.
Nam quid Boccacci luſus, quid docta Colucci
Dicta Salutati nunc numerare iuvat?
At nuper Tuſcae dedimus duo lumina genti,
Quales rara ſolent ſaecula ferre viros.
Geſta Fluentinum deſcripſerat alter, & arma,
Quaeque notanda domi, quaeque notanda foris.

Alter

Alter Cecropiis imbutus pectora chartis
 Viribus ingenii ſubdidit artis opus.
Nemo magis dubiis potuit cognoſcere rebus,
 Vtile, nec docto promtius ore loqui.
Ille etiam noſtri nemoris pius incola, fonte
 Cum biberet tota proluit ora ſacro,
Hinc cecinit Lyricos, mox dum traducit Homerum
 Occidit heu patriae gloria magna ſuae.
His ego Daphnea, populo plaudente, corona,
 Ornavi propria tempora docta manu.
Nam duce me quondam magni ſecreta Palati,
 Mandarat tantis curia veſtra viris.
Sic olim veſtram ſemper celebravimus urbem,
 Dum meruit magnus praemia digna labor.
Hunc ne defunctis dignus ſucceſsor abeſset,
 Inſtructum egregia miſimus arte virum.
Hunc nos irriguis Parnaſsi eduximus arvis,
 Bellerophontei qua fluit unda feri.
Et dedimus gravibus dictis, placidoque lepore,
 Edere grandiloquo verba ſoluta ſono.
Ergo quis docti divina volumina Poggi
 Neſciat, & libris cuncta referta ſuis.
Ah quam praecipiti ſtultos conturbat avaros
 Fulmine, quam veras imprimit ille notas?
Quamque aſper retegit, qui ſumma in pelle decori,
 Dum lateant alacres, in ſcelus omne ruunt.
Hic nihil eſse docet miſeris mortalibus uſquam,
 Humana maius conditione malum.
Atque docet varios fluxus, varioſque reflexus
 Fortunae, & iuſsu cuncta movenda ſuo.
Quamque ſit infelix cuiuſvis principis aula,
 Ipſa licet veri neſcia turba neget.
Et recte addubitat, ſenibus ducenda ſit uxor,
 Cum multum teneat utraque cauſa mali.

At

At te nobilitas generoſo pectore, veris
Laudibus a ulgo iam procul eſse canit.
Haec te praeteriit rerum, fortiſsime Caeſar,
Haec te cui nomen Africa victa dedit.
Sed longum eſt monimenta viri ſi cuncta revolvo,
Nec praeſentis opus temporis eſse reor.
Multa puer, iuvenis deſcripſit plura, ſenexque
Plurima, nec ſalibus, nec gravitate carens.
Quam variis redimita novi ſub ſidere Tauri
Floribus in verno tempore ridet humus,
Tam varia in doctis reſplendent lumina chartis,
Tam varius ſignat ſplendida verba color;
Vt qui purpurea diſtinguit veſte lapillos,
Quo referat multum diſcolor aura decus.
Quin etiam, ut veterum erueret monimenta viro-
Nec ſineret turpem tot bona ferre ſitum; [rum,
Auſus barbaricos populos, penituſque repoſta
Poſcere Lingonicis oppida celſa iugis.
Illius ergo manu nobis doctiſsime Rhetor,
Integer in Latium Quintiliane redis,
Illius atque manu divina Poemata Sili
Italici redeunt, uſque legenda ſuis.
Et ne nos lateat variorum cultus agrorum,
Ipſe Columellae grande reportat opus,
Et te, Lucreti, longo poſt tempore tandem
Civibus & patriae reddit habere tuae.
Tartareis potuit fratrem revocare tenebris,
Alterna Pollux dum ſtatione movet.
Coniugis ac rurſus nigras ſubitura lacunas
Euridice ſequitur fila canora ſui.
Poggius at ſoſpes nigra e caligine tantos
Ducit ubi aeternum lux ſit aperta viros.
Rhetora, Philoſophum, Vatem, doctumque Colonum
Merſerat in nigra barbara nocte manus:

Pog-

Poggius hos vita potuit donare ſecunda,
Dum mira turpi liberat arte ſitu.
Haec ſatis eſt ex ſe quod ſcripſit, quodque vetuſta
Eruit e tenebris multa labore ſuo.
Verum etiam Graios noſtro ſermone libellos,
Vertit in antiqua nobilis hiſtoria.
Et nunc, o mores, o tempora, debitus illi
Ferre quis hoc poterit, eripietur honos.
Ah tantum vobis licuit civilia iura,
Pieridum caſta pellere ſede chorum.
Formula quae vobis, quae competit actio ſummum
Per ſcelus audaces inſeruiſse manus.
Non ego Tyrrhena poſco vos pellier urbe,
Haec ſua cauſidicis praemia digna nego.
Auro cingantur nitido, ſemperque ſuperbos
Ingenti titulos ambitione gerant.
Et pretio ingenti ſanctarum aenigmata legum
Arbitrio veniant diſcutienda ſuo.
Denique ſi fas eſt inter mortalia regnent,
Illorumque brevis cuncta libellus agat.
A nobis tantûm ſi qua eſt reverentia duras
Quae colat a nobis iam cohibete manus.
Nam quae vobiſcum nobis commercia; quave
Conſimilis vitae mos ratione fuit.
Nos neque clamores ſequimur, nec praemia voci
Poſcimus; & caſta nil niſi ſerta iuvant.
Vos inter ſtrepitum fas eſt turbamque ſonantem
Spargere clamoſo iurgia multa foro,
Inſanaſque ſequi lites, rabidoque tumultu
Venali triſtes voce citare reos.
Sed quid ego haec fruſtra! cum iam civilia iura
Per fraudem poſito ius ſibi iure parent.
Et poterit Medices veteres oblitus amores,
Oblituſque mei talia facta pati!

Non

Non poterit: neque enim Latiis eſt alter in oris,
Reddere pro meritis qui magis aequa velit.
Quin & Muſarum ſacro perculſus amore,
Et noctes ſtudiis, invigilatque dies.
Rhetores hinc omnes novit, ſanctoſque Poetas,
Et veterum callet dogmata priſca patrum.
Hinc etiam doctus doctis indulget amice
Atque inopes opibus, conſilioque, fovet.
Nec Maecenatis fuerat clementia maior,
Communis vatum cui dedit aſtra favor.
Ergo huius gremio noſtrum nomenque, decuſque
Ponimus hic nobis rite patronus erit.
Hic etenim feſsas e tempeſtate Camoenas
In tutos referet, reſtituetque ſinus.
Hoc duce noſtra pio ſedes reddetur alumno,
Et ſtabunt doctis praemia digna viris.
Nec tamen immemores dicet nos muneris ille,
Nec veniet merito gratia parva ſuo.
Nam ſurget quandoque meo de fonte Poeta,
Qui magnum Petri nomen in aſtra ferat.
Qui referat magnumque Petrum, Coſmumque pa-
Egregium patriae lumen utrumque ſuae [rentem,
Ille modo niveis reddat ſua flumina Cygnis,
Ne turbet liquidas ſordidus Anſer aquas.
Flumina reddantur Cygnis, quae maxima parvo
Quis niſi mentis inops iungere ponte velit.
Iamque Apibus parto Fuci de melle recedant,
Solertique pigrum cedat inerſque pecus.
Quis ferat horrenti ſi mollia vellera tergo
Innocuae pecudis hirta capella petat.
Aut quis non ridet magnae formica volucris.
Grandia ſi gracili confovet ova ſinu.
Haec & plura mihi, ſed quis meminiſse Deorum
Cuncta queat! moeſto Muſa locuta ſono eſt.

Mox

Mox ſua dum celeri vertit veſtigia paſsu,
Cuncta ait haec Medici dixeris, atque vale.
Cuncta ait atque abiens, nequid ſibi triſte videret,
Conſpectum fugit curia Tuſca tuum.

(8) Ipſemet id de ſe teſtatur in Praefatione ad *Guidonem Feltrium Horatii* commentariis praemiſsa: „ Quapropter cum a primis annis „ tum illorum variam, multiplicemque doctri„ nam admiratus, tum ſtyli mirifica ſuavitate „ pellectus in illis cognoſcendis diuturnam, ve„ hementemque operam impenderim, duxi im„ primis boni viri officium eſse, ut ſiquid in „ huiuſcemodi ſtudiis profeciſsem, id literis „ tradens ad aliorum uſum, utilitatemque tra„ ducerem. Quapropter tres mihi ex omni „ numero Poetas delegi, quorum interpreta„ tiones ſcribandas ſuſciperem. Ex Latinis qui„ dem P. Virgilium Maronem, atque Q. Hora„ tium Flaccum; ex Florentinis autem, quam „ linguam nemo umquam eloquens adſpernatus „ eſt, Alegherum autem aſsumpſi. „

(9) In Prooemio *Dantis* Commentariis praemiſso, haec leguntur: „ Niente di meno poiche „ ſpeſse vuolte hò con la mente traſcorſo una „ quaſi infinita copia di quegli, e quali nella „ Greca, o nella Latina lingua memoria di ſe „ hanno laſciato &c. „ Et infra: „ Interim ha„ vendo io infino dalla prima adoleſcentia per „ manifeſtiſsime argumentationi perſuaſomi, et „ eſsendomi anchora commoſso dalla auctorità „ di molti, et doctiſsimi huomini e quali in di„ verſe nazioni, et lingue ſempre e Poeti agl'al„ tri Scrittori anno prepoſto hò in piccola parte „ della mia età nella cognizione di quegli con„ ſumato. „

§.

§. IX.

VErum enimvero *Chriſtophori* percipiendi miram ſagacitatem, alacritatemque Pater animadvertens, inopia rei domeſticae (1), qua laborabat eius opera poſse facile ſublevari, ſibi ſuadens, neſcio quo fato *Chriſtophorum* adoleſcentem per amoena Muſarum vireta degere ſuetum, in foro ad cauſsas agitandas deſtinavit, ut plerumque accidit viris doctis, quos inopes fortuna voluit. Verum ille, uti is, qui perſpicaci mente, & ad maiora divinitus nata praeditus erat, nugis illis, ineptiſque quaeſtionibus viriliter adſpernatis, a Parentis conſilio receſſit, forumque ad Amicos datis literis inſectatus eſt (2), Leguleiſque, donec vixit, infenſus fuit (3).

(1) Pauper erat *Chriſtophorus*, ut patet ex Libris Magiſtratus Decimarum, in quibus ſe nihil hoc tempore poſsidere profitetur, & inter reliqua in carmine, quod mox proferemus, ad

Ia-

Iacobum Azzarolum in *Coſmi* laudem, egeſtatem ſuam ita enunciavit:

Quid faciam? pudor eſt, tibi ſi parere negabo,
Qui mihi Moecenas fueris, multoque malignam
Munere pauperiem, leviorem feceris.

In Epiſtola petitoria ad *Laurentium Medicem*, qua Reipublicae Florentinae a Secretis munus ſibi deferri poſtulat haec occurrunt verba: *An fortuna? cum eo ſim loco natus, ut ſi in hunc gradum evadere liceat, inter fortunatiſſimos enumerari videar*.

(2) Id in pluribus locis *Landini* operum innuitur. Ex Elegia ad *Bernardum* quemdam, *Oricellarium* puto, Lib. I. *Xandrae* deſumta, ſorum vi neceſsitatis ſequi ſe profitetur:

DVm tu grandiloqui divina volumina Tulli,
 Perlegis, & quicquid Quinctilianus habet,
Dumque genus cauſsae dubium, varioſque colores,
 Et diſcis quae ſint arma ferenda reis;
Vel ſi quando iuvat mentis ſeponere curas,
 Nam permixta licet ſeria ferre iocis,
Ad Liram properas; Lira eſt tibi ſola voluptas,
 Dimidium vitae candida Lira tuae;
Illa quidem nitidis placide te ſpectat ocellis,
 Felicem riſu te facit illa ſuo.
Saepeque per rimam furtim tibi verbula dictat,
 Tangendam furtim porrigit illa manum;
Nos procul a noſtra, dulcis *Bernarde*, puella
 Cogimur inſani diſcere iura fori.
At ſi quando vacat, cum turba moleſta quievit,
 Litibus & ſciſsis omnia clauſa ſilent;

Protinus ad noſtras avidus me confero Muſas,
Quarum immortali pulſus amore feror.
Tum me Parnaſsi ſtupidum per devia montis
Reptat honorati turba canora lacus;
Et levibus contexta modis mihi carmina dictat,
Atque iubet ſumta ponere moeſta lyra.
His nos Xandrinum ſtudiis ſolamur amorem,
His deſiderium, Xandra, rependo tuum.
Triſtibus atque Elegis inſanos ludimus ignes,
Et reſonat Xandram pagina tota mihi.
Illam, me Phoebus prima ſub luce canentem
Invenit, & ſeras cum ſubit udus aquas.
Nec tantum Euridyces diſceſsu fleverat Orpheus,
Cum peteret Stygios icta dracone lacus;
Quantum ego nunc ſpatio flevi diductus iniquo,
Xandra; ſed hic magno grandius ore ſonat.
Quippe ferunt vires Muſae, ſpiratque furorem
Divinum, nato Calliopea ſuo.
Et dat carminibus ſaevos mollire Leones,
Pangaeoque feros ducere monte Lupos;
At me Caſtalio dignata eſt nulla ſororum
Fonte, nec Aonium tangere paſsa nemus.
Ergo ſic rauco dicemus pectore laudes,
Xandra, tuas, doctum quae meruere Linum.
Dicemus tamen, & quod nobis invida non dat
Natura ingenium, tu mihi, Xandra, dabis.

(3) De foro, & cauſidicis obloquitur etiam in fine Elegiae ſupra adlatae pag. 93. in funere *Poggii*.

§. X.

§. X.

MAgnum vero ad forenſes haſce nugas contemnendas, & ad veram, ſolidamque doctrinae laudem conſequendam, *Chriſtophoro* ſtimulum addiderunt Mediceae Gentis Heroës. Iſti enim tanti adoleſcentis egregiis animi dotibus perſpectis, atque probatis, eum in clientelam receperunt, domique (1), quam nunc alii tenent literatorum virorum fautores magnanimi, ac Muſegetae incomparabiles, *Riccardi* ſcilicet Marchiones, una cum *Marſilio Ficino*, aliiſque Viris doctiſſimis aluerunt (2). Quapropter Herois *Coſmi*, primi ſui, ac munificentiſsimi Patroni laudes aeternis carminibus (3) ad poſteros tranſmiſit.

(1) De miro hoc aedificio, a magno *Coſma* excitato, ſic *Flavius* Forolivienſis mentionem facit: „ Nec ſupprimenda ſunt maxima, quae „ *Coſmus* Florentiae urbi addidit ornamenta; „ Monaſterium celebre S. Marci, in quo quam

„ ſuperbae ſunt, & ut aiunt inſanae exſtructiones ceterae, tum maxime Bibliotheca alias ſuperat omnes, quas nunc habet Italia, & ad Sancti Laurentii fornices, marmoreae columnae, & opus totum, ſummi viri magnificentiam oſtendunt. Quid quod privatae aedes ſuae, recens in via lata exſtructae, Romanorum olim Principum, & quidem primariorum operibus comparandae ſunt? Quin ego ipſe, qui Romam meis inſtauravi ſcriptis, adfirmare non dubito, nullius exſtare privati aedificii Principum in urbe Romana reliquias, quae maiorem illis aedibus praeſeferat operis magnificentiam. „

(2) De favore Mediceorum in *Landinum* noſtrum plena ſunt eius, & aliorum Scriptorum opera. In Epiſtola citata *Laurentio Mediceo* inſcripta, haec leguntur: „ At non modo veſtro in conſpectu a teneris annis verſor &c. „ Et deinde ſub initium ita *Laurentium* adloquitur: „ Sed quoniam me, ut eſt apud Perſium, non modo in cute, ſed intus etiam, iam probe noſti &c. „ *Vgolinus Verinus* eius diſcipulus in Elegia *De liberalitate Petri Medicis in omnes doctos*, MS. in Bibliotheca *Magliabechiana* num. DCI. ad hanc rem cecinit:

At nunc, *Landini*, *Medicum*, *Petrique* favore,
  Cantatur toto nomen in orbe tuum.

Paullus Iovius in Vita *Leonis*, ubi praeclara *Laurentii* Patris geſta dinumerat: „ Erano in Firenze chiariſsimi Profeſsori di lettere Greche, et Latine, et altri di ingegno et eloquenza eccellenti, co' quali famigliariſsimamente „ vi-

„ viveva, tra' quali furono il *Pico della Miran-*
„ *dola*, il *Poliziano*, *Marſilio Ficino*, *Criſtoforo*
„ *Landino*, i quali avendo compoſto eccellen-
„ tiſsime opere di ingegno con immortale ono-
„ re per lunghiſsimo tempo avranno vita. „
Scipio Admiratus Tom. III. *Opuſculorum* in Elogio
Laurentii Medicei: „ Mantenne Demetrio Calcu-
„ deſe ancor egli Greco, *Criſtofano Landino*,
„ Angelo Poliziano, uomini tutti ciaſcheduno
„ perfettiſsimo nella ſua facoltà. „ *Varillaſius*
in *Anecdotes de Florence ou l' Hiſtoire ſecrete de la*
Maiſon de Medicis Lib. IV. „ Mais il n' y alloit
„ jamais, ſans mener le ſept hommes doctes,
„ qu' il avoit choiſis entre les autres, pour
„ etablir une liaiſon particuliere avec eux; le
„ premier etoit *Iean Pic de la Mirandole*, le
„ ſecond *Ange Politien*, le troiſieme *Marſilie*
„ *Ficin*, le quatrieme *Chriſtophle Landin*, *Iean*
„ *Laſcaris* le cinquieme, le ſixieme *Demetrius*
„ *Chalcondila*, e le ſeptieme *Marullus Tarca-*
„ *niotta*. „

(3) Egregiam *Landini* in *Coſmum* ſuum benevolentiam, quae ſuperſunt monimenta ſatis ſuperque declarant. Et primo quidem Elegiacum, atque Epicum carmen in *Xandrae* Libris exſtat, quae a *Chriſtophoro* adoleſcente adhuc compoſita, cum ſint futurae eius ſapientiae ſpecimina, procul dubio certiſsima, hic libenti animo adponam. Primum itaque carmen, quod eſt Elegiacum, *Ioanni* cuidam *Salvettio* inſcribitur, a quo ut bellum quoddam atrox carminibus ſuis committeret rogatus fuerat; quare in hac Elegia, munus, arduum nimis, abnuit, ac ſe *Xandrae* ſuae amores, & Moecenatis *Coſmae* laudes velle perſequi profitetur.

Alter *Iacobo Azzarolo* inſcribitur, in eoque *Coſmi* ſui, atque *Azzarolae* domus praeclara facinora recenſentur. De *Iacobo* illo *Azzarolo* agit *Lilius Giraldius* in Libro *De Poetis ſuorum temporum*, & *Ioſias Symlerus*, qui impreſsoris forſan incuria eius nomen corrumpit. Verum carmina proferamus, quae ita leguntur:

AD IACOBVM SALVETTVM DE LAVDIBVS MAGNI COSMI.

QVid tu me totiens, *Salveti*, impellere tentas,
Vt referam grandi triſtia bella pede,
Quid veterum pugnas Regum, claroſque triumphos,
Et quae ſint terris, quae bene geſta mari?
Neſcis heu tenuis noſtro ut de pectore ſurgat
Spiritus? ut ſurdum buccina noſtra gemat?
Magnos magna decent, *Salveti*, praelia vates,
Mi ſat erit tenues ludere poſse iocos.
Nequitiaſque meae tenui deſcribere *Xandrae*
Carmine, & inſidias, magne Cupido, tuas:
Quod ſi Pierio quondam licuiſset in antro,
Percipere Aonii numina ſancta chori;
Aut ſi, me Phoebus tanto dignatus honore,
Frondibus ornaſset tempora noſtra ſuis;
Non ego magnanimi cantarem Caeſaris arma,
Non ego Scipiadas fulmina bina duces,
Non celerem curſum, properataque caſtra Neronis,
Haſdrubalis victrix cum tulit haſta caput.
Denique non Latiae quaecumque egere ſecures
Conſulis imperio cedere regna gravi;
Sed Florentinae canerem primordia gentis,
Nobile Syllanum tempus in omne genus.

Syl-

Syllanumque genus, Romana ſtirpe colonos,
A patribus nunquam degeneraſse ſuis.
Ah quos iſta viros tellus tulit! & quibus olim
Viribus Etruſcum nomen in aſtra tulit?
Quos magnus tantum *Coſmus* ſupereminet omnes,
Eoum quantum ſigna minora iubar.
Noſtra igitur magnum cantabit pagina *Coſmum*,
Inceptis gravibus tu modo, Muſa, fave.
Muſa fave coeptis. Non hic fera monſtra Gigan-
Nec quicquid mendax Graecia finxit, ineſt. [tum,
Vera canam, & verae referam virtutis honores,
Et quae ſint Medica praemia digna domo.
Teſtis erit populus, teſtis mihi, *Coſme*, Senatus,
Vrbe tua uno te clarior eſse nihil.
Verum unde initium, quae prima, aut ultima po-
Hos inopes rerum copia tanta facit. [nam,
Hinc patriae pietas, illinc prudentia rebus,
Hinc ſe offert miſeris, *Coſme*, benigna manus.
Nam qui te patriae non dicat iure parentem,
Hunc hominis pectus non habuiſſe putem.
Magnus erat Caeſar, ſed magnus Caeſar in armis,
At tu, *Coſme*, tua maior in urbe toga es.
Ille armis patriam, ſaevaque tyrannide preſsit,
Te libertatis unica cura tenet.
Illum hoſtem vidit deſertae curia Romae,
Hoſtes e patria tu procul urbe fugas.
Egregia haec virtus, magna & conſtantia civis,
Romanis & quae rara ſit ingeniis,
Quos opibus poſt te, quos & virtute relinquas,
Nos tibi conſimiles, inclite *Coſme*, pati.
Nam qui magnarum rerum dum tractat habenas,
Privati potuit civis habere modum.
Hunc ego non dominum quamvis in cuncta mode-
Sed ſimilem ſuperis eſse putabo Deis: [ſtum,

Heu maiora meis, video, me viribus urgent,
  Haec ſunt iſta quidem carminis huius opus.
Hic ego, quo Phrygii dixiſti facta parentis,
  Nunc, Publi, cuperem carmen habere tui;
Nam cur ſit *Coſmus* tali indignandus honore,
  Aut mereat tantam cur magis ille tubam.
Aeneas Troiae flagrantia tecta reliquit,
  Et duce vix potuit carpere matre fugam;
Bellorum at contra diverſa incendia *Coſmus*,
  Civibus extinxit, portus & aura ſuis.
Nec victa Aeneam patrios ex urbe Penates,
  Atque viae comites eripuiſse negem.
Sed magis eſt patriae templis in ſede dicatis
  Munera tanta piis exhibuiſse ſacris.
Haec & Laurenti ſublimibus alta columnis
  Templa decent, opibus facta ſuperba tuis.
Templa docent Marci, mira & teſtudine dives
  Porticus, & ſacrum fronde virente nemus,
Et quae vicinus ſemper mirabitur Arnus
  Addita Chriſtiferae plurima tecta Cruci.
Aeneam laudant: humeros, tardante ſenecta,
  Quis neget eſſe pium ſuppoſuiſse patri.
Sed quiſquis vidit quo funere utrunque parentem
  Extulerit *Coſmus*, eſse putabit idem.
Quod ſi ille Aſcanium, ſpes eſset ut ultima Romae,
  Edidit, unde domus Iulia nomen habet.
Hic geminam eduxit, patriae duo lumina, prolem,
  Eſset ut haec Medicum gloria magna domus.
Quorum qui maior, quantum ah Florentia nomen,
  Qui redit e Venetis, retulit ille tibi.
Huic leo Tyrrhenus, nec non & Gallicus anguis,
  Et belli, & pacis ius ſimul omne dedit.
Nunc dignum tantae ferret qui pondera molis,
  Exitus exacti foederis eſse probat.

Sed

Sed quid ago ah demens? an grandi digna cothurno,
  Verſibus exiguis ludere facta paro?
Di tibi dent alios inſignes, *Coſme*, poetas,
  Qui tua facta ſuis verſibus aequiparent;
Incautum nam me tantarum gloria rerum
  Dum rapit, in medio deficit ore ſonus.

Chriſtophori de Prato veteri Carmina ad Iacobum Azzarolum, in Coſmi, & D. Angeli Azzaroli, laudem.

SAepe mihi triſti trepidat formidine pectus.
Ne nimium forſan videar tua iuſsa ſuperbus
Temnere, qui toties fruſtra me impellere tentas
Azarole, novis heroum in praelia ſurgam
Verſibus, & ſpretis Elegis horrenda canoro
Bella ſono referam: vel ſi civilia malo
Conſilia, & multa claros virtute togatos,
Ad coelum meritis extollere laubibus oras
Iacobe; magnanimi referamus ut inclita *Coſmi*
Facta, Sophocleo non dedignanda cothurno.
Quid faciam? pudor eſt, tibi ſi parere negabo,
Qui mihi Moecenas fueris, multoque malignam
Munere pauperiem leviorem feceris; atqui
Heu nimium gracilis rauco de pectore ſurgit
Spiritus, & primo deſit mihi verſus in ore.
At, vos, ſi quondam tanto me munere dignum
Quae iuga Gorgonei fontis rorata liquore
Incolitis; Phoebo gratiſsima munera Muſae,
Feceritis; ſi veſtra mihi nemora alta patebunt;
Tunc ego non humilis ventura in ſaecula vates
Cantabo magnum ſublimi carmine *Coſmum*,
Coſmum, qui tanti menſuram nominis implet,
Co-

Coſmum Thyrreni moderantem fraena Leonis,
Coſmum, qui Latios primatu tranſvolat omnes
Virtute, atque opibus Reges, Ducibuſque togatis
Praevalet in rebus dubiis; nam pectore fido
Conſilia expreſsit, quibus & Campana fugemus
Finibus Etruſcis, Etruſco milite, caſtra,
Et quibus ad Sanum revocentur ſtulta Lupai
Coepta, Fluentinam rumpentia ſaepe quietem,
Ergo an pace prius *Coſmum* miremur, an armis,
Incertum eſt; ſed pace ſimul mirandus, & armis
Coſmus erit, *Coſmo* reſonabit pagina; ſed tu
Poſt magnum *Coſmum* venies mihi cura ſecunda
Azarole, domus multis ditata tropaeis.
Nam tibi Cecropiae parent Tritonidis arces:
Tu regis anguigenas mavortia moenia Thebas,
Tu quicquid veteres olim tenuere Pelaſgi
Imperio cohibes: Tibi dives Apulia magni
Tutelam regni, & ſummum mandavit honorem.
Adde, & templa Deum multo conſtructa decore:
Verum praecipuos inter numerandus Alumnos
Angelus, egregia nulli virtute ſecundus,
Emicat. Hic duris rebus mandante Senatu,
Eloquioqe potens prudenti pectore fretus
Gallorum nobis adiunxit foedere Regem,
Gallica perque Alpes eduxit caſtra nivales:
Caſtra tibi auxilio fortuna urgente futura,
Inclite Sfortiada, gemino nam preſsus ab hoſte,
Partitis animis, tantae te opponere moli,
Braccia nec poteras ſolitis impellere ſigna
Viribus, & poſtquam diverſa a parte tumultus
Gallorum adventu, Taurinaque bella quierunt;
Tunc tua quid virtus, invictaque dextera poſset
Nobilis, experta eſt amiſso Brixia campo,
Et quam ſe infami vallo, tutoque tenebant,

Ag-

Aggere Marticolae turpi formidine capti.
Bebriacis igitur ſic venit terror ab armis,
Sic tua Tyrrheno crevit reverenda Leoni
Maieſtas: ecquae ſic conditionibus orta
Otia, quae noſtri nolint turbare nepotes,
Atque olim memores placida dum pace fruentur,
Auctorem tanti noſcant te muneris omnes
Angele; ſicque tuum vivat per ſaecula nomen.

§. XI.

PEtrus autem magni *Coſmi* filius, artium omnium, & elegantiarum fautor, virtutis verae aeſtimator optimus, quanto amore noſtrum proſequutus fuerit, quam effuſa eum benevolentia foverit, teſtantur, ac propemodum clamant tot librorum inſcriptiones, totque in eum collata beneficia, quorum haud immemor *Landinus* tanti Maecenatis merita enarrare, quoad vixit, ac praedicare, non deſtitit. Et iure quidem id fiebat; erat enim in *Petro* magnum ingenium, magnum optimarum artium ſtudium, tum

omnis liberalis, & ingenuo viro digna ab eo percepta doctrina; & quod incredibile cuiquam videri poſſet ab eo laus imperatoria non admodum expetebatur (1).

(1) De tam benefica *Petri* in Literatos viros propenſione id adfirmare poſsum, quod exigua eius monimenta ſupereſsent, niſi id ex pluribus *Landini* Elegis ipſi inſcriptis colligere poſsemus: ex quibus patet ipſum & Moecenatem noſtri beneficentiſsimum fuiſse, & praeſtanti virtute ornatiſsimum. Plurimas legationes pro Republica praeclare geſsit, multumque ad decus, & gloriam Florentini nominis contulit, ut ipſemet *Landinus* teſtis eſt in ſequenti Elogio; in Prooemio ſuper *Virgilii* Interpretationes ad alterum *Petrum* Magni *Laurentii* F. miſso: ubi poſtquam ſatis ſuperque *Coſmi* magnanimitatem extulit, ita ſequitur: „ Succeſſit illi *Petrus* filius, cuius tu nomen refers, „ qui & antequam, adverſa valitudine impediretur, plurimis, ac maximis de rebus legationibus functus, Pop. Florentino decus gloriamque immortalem peperit: ac deinde cum „ illi per valetudinem in Senatum venire non „ liceret; domi tamen ſedens, ac cum ſuis „ Civibus, ſingulis de rebus diſceptans, rem noſtram publicam ita adminiſtravit, ut ſummam „ in eo prudentiam, ſummae innocentiae coniunctam, omnes cognoſcerent. „ In Epiſtola vero petitoria MS. ad *Laurentium Medicem*, quam ſuo loco

loco proferemus, in haec prorumpit verba: „ Hic „ ego etiam patris tui ſapientiſsimi viri auctoritatem, atque operam obteſtor, quem cum „ ego propter ſummum in literatos ſtudium, „ ſummamque benevolentiam totius noſtri ſaeculi noſtris elegis Moecenatem iure appellaverim, tam neceſsario patrocinio numquam „ de futurum credam. „

In Bibliotheca *Strozziana* Codex chartaceus exſtat num. CCCLXVIII. cui titulus: *Lettere ſcritte a Lorenzo de' Medici, e altri della detta Famiglia da diverſi, et infra gl' altri da Marſilio Ficino, Criſtofano Landino, Angelo Poliziano, Franceſco Filelfo, Bartolommeo Scala, Pellegrino Agli, Bernardo Rucellai, Gio. Argiropuli, Franceſco Berlinghieri, Lippo Brandolini, Cantalicio, Demetrio Chalcondiles, et altri litterati* &c. In hoc itaque Codice *Landini* Epiſtola, quae *Laurentio Mediceo* inſcribitur, ſumta occaſione *Coſmi* Patris laudes Lyrico carmine proſequendi, cum hac Inſcriptione legitur:

VRBIS SPEI LAVRENTIO MEDICI COMPATRI AMICISSIMO.

„ SAlve. Scripſi unam Oden: ea eſt de „ laudibus patris: qua ſum conatus exprimere eius animi magnitudinem; quae in maximo dolore, qui ex *Coſmi* morte inſurgebat „ id temperamentum obſervavit: ut cum nihil „ ex pietate quam parenti debet filius omiſerit, „ perturbationibus tamen nuſquam ſuccubuerit. „ Deduxi petram de *Petro*, fundamentum ſcilicet noſtrae urbi firmiſsimum, cum eum prius „ oſtendiſsem, non modo divitiis paternis; ſed

„ mul-

„ multo etiam magis maximis, ampliſsimiſque
„ virtutibus, quod quidem raro mortalibus ac-
„ cidit, ſucceſsiſse. De petra vero fons manat:
„ quo & Arnus intumeſcat, & ager omnis vi-
„ reſcat, & Muſae relictis Graecanicis fontibus,
„ Etruriam incolant. Haec tibi idcirco notum
„ eſse volui, ut iam nunc intelligas, quod
„ quemadmodum ille invictiſsimo animo, incre-
„ dibilique ſapientia ita univerſam paternam
„ molem ſubſtinet, ut nihil ex ulla parte nu-
„ tare videamus: ſic tibi invigilandum eſse, ut
„ ita te praepares, ita te expolitum, excul-
„ tumque, ita extrema, ut aiunt, manu abſo-
„ lutum reddas, ut cum paulo poſt ille,
„ & incomoda valitudine, & annis iam ingra-
„ veſcentibus in tuo aetatis, animique robore
„ requieſcere voluerit, tu & avitum, & pa-
„ ternum ſplendorem non modo ſubſtinere, ve-
„ rum etiam urgere poſsis. Vale mi iocondiſ-
„ ſime *Laurenti*, & id pro compertiſsimo ha-
„ beas, qui tibi omnem felicitatem magis ex
„ intimis praecordiis exoptet, quam ego, eſse
„ neminem. Florentia.

Chr. Landinus.
„

Atque hic haud ſupervacaneum puto, quoniam mihi opportuna ſeſe obtulit occaſio, proferre ea carmina in laudem *Petri* a Landino exarata, quibus ſingulos *Xandrae* ſuae libros eidem conſecravit in hunc modum:

Chriſtophori Landini Xandra. Lib. I. ad Petrum Medicem Moecenatem ſuum.

QUi nunc cenſorem mavit tolerare legentem,
Terna olim potuit luſtra latere liber.

Nam-

Namque pudens, gnaruſque ſui ſapienter ineptas
In lucem nugas noluit ire ſuas.
Nunc tua cum videat geminos per limina fratres
Audere indoctas ſaepe redire manus,
Ipſe etiam Medicis ſe Moecenatis in aula,
Sperat honoratum poſse tenere locum.
Quid faciam ſi magna Tui clementia ſuadet,
Triſtia ne docti iudicis ora tremat.
Si nimium petulans, nimium Te *Petre* ſuperbas
Effugit obſcurae ſordida tecta domus.
Ergo eat, ac turbae mortus ſi quando malignos
Senſerit; & turpes in ſua terga notas.
Neu cupiet rurſus ſpretas intrare latebras,
Et ſemel inviſos ultro redire lares.
Sed ſi forte ſacro felix ſe fonte lavabit,
Qui fluit e Medica lucida lympha *Petra*;
Tum lautus nigras vertens in candida mendas
Rumores de ſe negliget ille malos.

Xandrae Liber ſecundus ad P. Medicem.

NOſtri certa ſalus *Medices*, quo ſoſpite, nunquam
Defuerunt ſacris praemia virginibus,
Quo Duce Tyrrhenis deductum montibus Arnum
Praeferet Aoniis turba canora iugis.
Publica ſi quando ceſsant tibi munera, & audes
Inſtaurare brevi ſeria longa ioco,
Ne pudeat noſtros percurrere *Petre* libellos,
Et nugas hilari fronte probare meas. [feſsos,
Magnos magna decent, fateor: tamen haec quoque
Quae reparent animos, ne fugienda putes.
Scipio nam quantus ceſsit, cui punica virtus,
Fortia cum Lybici contudit arma Ducis.
Hunc tamen in placido viderunt ocia ludo,
Oſtrea Campano ſpargere tecta ſalo.

Tri-

Triſtius in terris, quam Stoica dicta Catonis;
Nil Danai, Latii nil meruere viri.
Hic tamen ad multam convivia ducere noctem,
Et ſolitus curas ſaepe levare mero.
Sic Tu, quo magni populi flectuntur habenae,
Dum legis haec, ſanctum pone ſupercilium.
Saepe tibi reditus, *Petre* ad maiora dabuntur,
Si reparas mentem, qua geris illa, iocis.

Ad Petrum Medicem.

CArminibus noſtris veniet tibi ſiqua voluptas,
Vt releves animum carmina noſtra lege.
Quod ſi nec ſalibus poterunt, ullove lepore,
Te retinere *Petre*, tu tamen illa leges.
Sic Rex Peliacus quamvis non docta Poetae
Suſcepit laeta carmina fronte tamen,
Et magis officium ſtudioſi movit amici,
Quod tardum vatis laeſerat ingenium.
Ergo non munus, ſed dantis munera mentem
Inſpice! ſicque libens carmina noſtra leges.
Non tam magnificus non eſt qui maxima donat,
Quam qui parva libens ſumere dona poteſt.

Ad Petrum Medicem de ſuis, & Moecenatis laudibus.

PVrpureis ſemper vernent tibi buſta roſetis,
Inque tuum tellus ſit levis uſque caput
Vlla nec Elyſios paſsim celebrata per agros,
Quam tua moecenas rideat umbra magis.
Moecenas, inopes quomdam miſerate Poetas,
Moecenas Phoebi, Pieridumque decus
Te duce grandiſonans conſurgit in arma, virumque,
Olim qui denas vix cecinisſet aves.

Tri-

Alter erat tenuis pauper praeconis alumnus,
Cuius erat Lalagen dicere poſse labor,
Hic ubi campanos a te deductus in agros
Pauperiem verſo ſentit abire pede.
Protinus heroum Lesboo carmine laudes,
Et ſuperum cecinit dulcia furta Deum;
Nec mirum triſti pulſis e pectore curis,
Libera ſi tantum mens agitabat opus.
Sed nunc Moecenas Tyrrhenis alter in oris
Conſpicitur, claris qui favet ingeniis.
Vos modo ſublimi vates conſurgite verſu,
Qui cupitis ſacra cingere fronte caput.
Sive Sophocleis libet haec cantare cothurnis,
Seu iuvat Aonii ludere more ſenis.
Nam *Medicum* Feſulis ſtabunt dum fulta columnis
Atria magnanimis concelebrata viris.
Nec vos materies, nec merces carminis unquam
Deſeret, hoc virtus praeſtat utrumque *Petri*.
Ille colit muſas, doctos colit ille Poetas,
Vnquam nec merita laude carere ſinit.
Nam novit quaecumque armis, quaecumque togata
Pace, gerant clari nobilitate viri,
Ni fuerint magno Muſarum fulta favore,
Tendere in aeternum non reditura ſitum.
Ergo colit doctos, doctorum & carmina vatum,
Quae ſint digna cani maxima facta gerit.
Nuſquam magnanimo genitus fortique parente,
In coeptis gravibus degener ipſe fuit.
Non tantum emicuit iuvenili in pectore quondam
Conſilium, quantum vix ſolet eſse ſeni.
Inque dies crevit virtus creſcentibus annis,
Seque tulit gradibus accumulata novis.
Vnde & maturo gravior cum ceſserat aetas,
Non cuncta ex uſu mens meliora facit.

Quid mage iam ſanctum, vel quid divinius umquam
  Lydius Etruſca vidit in urbe Leo.
Ergo agite, o vates, ſublimi inſurgite verſu,
  Seu libeat natum dicere, ſive patrem.
Iam canite altiſono *Medicum* pia carmine facta,
  Queis ſervata ſalus ſaepe fuit patriae.
Et ſi vos patriae pietas tenet ulla parentis,
  Iam Patriam, versu concelebrate novo.

Ad Petrum Moecenatem ſuum. Liber III.

QVi dominae varios nuper luſiſtis amores,
  Quae iocunda mihi, triſtia quaeque forent,
Hoc eligo tempus, graviori inſurgite plectro,
  Exiguum veſtro munere creſcat opus.
Sunt acris nunc acta viri celebranda, ſed illi
  Hoc date, Caſtalia qua lavat unda, Deae.
Namque favet Muſis *Medices*, vos numina, Muſae,
  Veſtra meo merui conciliare *Petro*.
Non hic armorum ſonitus, non veſtra movebunt
  Pectora, crudeli praelia geſta manu;
Nam neque torquetur validis haſtile lacertis,
  Nec celeri curſu feſſus anhelat equus,
Non galeae criſtas, non exhorrebitis enſis
  Mucronem, & dirae tela parata neci,
Sed Ducis egregii virtus memoranda togati;
  Huius enim cedunt fortia caſtra togae.
Novimus invicti divinas pectoris artes,
  Tradita cum denis publica cura viris.
Tunc ſtupuit *Coſmus* iuvenili in pectore nati
  Conſilium, quantum vix ſolet eſse ſeni;
Ingeniumque videns illi per cuncta paternum,
  Maxima ſub tacita gaudia mente tulit:
Ah quanta in dubiis patuit prudentia, quantus
  Tunc Patriae vigilem ſolicitavit amor.

Au-

Auctor erat pacis, ſed quae ſine fraude tueri
Imperium poſſet, quae ſine labe decus;
Sed quantum excierat nobis, ut bella moverent
Improba, regnandi ſaepe cupido Duces.
Cenſuit invicto ſurgendum pectore contra,
Cum ſit turpe gravi frangere corda metu.
Vos hunc inſomnes vidiſtis ducere noctes
Collegae, & curis invigilare piis.
Ergo ſic caſuſque graves, ſic ſaeva pericla
Vitavit, monitis curia noſtra tuis.
Sic Patriam Calabro tutam iuvat eſse Tyramno,
Cum Florentinos ureret hoſtis agros.
Neve opera ſolum, magnoque e pectore curis,
Sed populum multo ſublevat aere ſuum,
Verum quid *Medicum* non praeſtat maxima virtus,
Quot bona iam nobis contulit una domus?
Haec Ligurum populos nobis ſaeviſsima regna,
Sub iuga iam ſocii compulit ire Ducis.
Novit Sfortiades, qui quamvis Caeſar in armis,
Viribus, & valida mente, ſuperbus eat.
Hac ſine Bebriaci tamen expugnare Tyramni;
Sceptra olim Comitum ſe potuiſse negat.
Aere inquam *Medicum*, *Medicum* virtute, fideque,
Publica res ſummo conſtabilita loco eſt.
Nam neque qui multus Thuſcis exercitus oris,
Inſubrum, & nec qui caſtra locabat agris,
Cenſu hunc Syllanus populus nutriſset Etruſco,
Ni *Coſmus Medices* accumulaſset opes.
Ergo, & pace bonos, quorum & prudentia bella
Cuncta gerunt, *Medicum* protulit alta domus.
Haec tantum vidit Fabius, natuſque, paterque
Oppoſitus Poeno Conſul uterque Duci.
Quantum nunc *Medices* proceres, natuſque, pater-
Fregerunt lenta cum fera caſtra mora. [que

Ad Petrum Medicem Moecenatem ſuum.

MVſa Fluentini claudo licet anxia greſsu,
I, Moecenatis ſplendida tecta ſubi.
Dic modo qui miſere poterat vix ſtridulus anſer
Exiguum rauco carmen hiare ſono.
Iam liquidum niveis ſublatus ad aethera plumis,
Sperat olorinos edere poſse modos.
Nam quod Gorgonei non praebuit unda liquoris,
Olim & Clarii laurea ſilva Dei;
Hoc ego non auſi Thyrreno e fonte profectus,
Quam fluit e *Medica* lucida lympha *Petra*.

§. XII.

QVapropter voluntate Civium, omniumque benevolentia fruebatur adoleſcens, non ſolum quod in re literaria profeciſſet ſummopere, verum &, quod moribus integerrimis, vitaeque innocentia praeſtaret (1). Lectiſſimi enim adoleſcentis ſtudia praecipua erant, Deum colere, ſacrorum, ac religionis iura omnia obſervare, maiores natu revereri, ſolitudinem non ocioſam perſequi, ſupra aetatem in rem domeſticam in-

incumbere ; aliaque id genus, quae ad rectam in iuventute vivendi rationem inſtituendam pertinent, ſolemnia admodum erant. Poſtquam autem ex Rhetoricis, ac Poeticis inſtitutionibus exceſſit; a primis Dialecticae elementis profectus, ita omnem *Ariſtotelicam*, *Stoicam*, ac *Platonicam* Philoſophiam perluſtravit (2), ut illius intricatas quaeſtiones non viſeret modo, atque inſpiceret, ſed in unaquaque etiam illarum moraretur; nihil in ea ut arte, ita copioſa, & magna, atque varia, tam eſſet magnum, atque arduum, aut tam minutum, atque parvum, quod eius, aut diligentiam lateret, aut fugeret intelligentiam; nihil autem tam abſtruſum, atque reconditum, quin promtum illi, expoſitumque eſſet quammaxime.

(1) De eius Religione in Deum nobis erit alio loco diſserendum.

(2) Haec ideo proferimus, quod ex ipſius ſcriptis, non modo *Ariſtotelicis*, ſed *Stoicis* etiam, ac *Platonicis* praeceptis apprime eruditus videatur, quae a *Carolo* Arretino fortaſse acceperat,

quem diſputantem, ac ſibi intricatas Philoſophiae quaeſtiones enucleantem inducit in libris de Anima, quos adoleſcens confecit, ut nobis inferius obſervandum erit.

§. XIII.

FLorebat hac tempeſtate, Anno ſcilicet MCCCCXLIII. *Alexandra* quaedam (1), quae *Landinum* noſtrum, adoleſcentem adhuc, arctiſſimo amoris vinculo ſibi devinxerat (2), ut ſe omnino eius voluntati componeret; ob eamque macie conficeretur in dies (3). Ipſius autem veſtigia, quocumque iter ageret ita adſiduus, amantium more, perſequebatur, ut, cum, eodem inſcio, Romam illa contendiſſet; *Chriſtophorus*, maximo dolore tactus, ſe illuc conferre, Anno circiter MCCCCXLV. nulla mora interpoſita minime dubitaverit, ſacroſanctam Eccleſiam moderante *Eugenio* IV. (4), ubi quamdiu permanſit, nil aliud ſibi propoſitum duxit, quam vetu-

ſta,

ſta, ac praeclara celeberrimae Vrbis monimenta, aedificiorumque magnificentiam, ſedulo contemplari (5) donec Florentiam cum *Alexandra* reverſus, in amore adeo ſe conſtantem praebuit, ut quum propter formidoloſum illud praelium A. MCCCCLII. ab *Alphonſo* Aragonenſium Rege Florentinis inlatum (6) amores ſuos aliquantulum omittere coactus fuiſset, ut ſibi, patriaeque ſaluti conſuleret; moerorem, quo intermiſſionis huiuſce cauſſa extra modum affectus fuit, lugubri carmine ſignificaverit (7). Quos deinde praecocis, & adoleſcentis ingenii ſui foetus in unum collectos, *Petro Mediceo* Moecenati ſuo conſecravit (8).

(1) Quaenam haec fuerit *Alexandra*, diu, multumque mecum ipſe reputavi. Opinabar primo eo nomine intelligendam eſse celebrem illam *Alexandram*, *Bartolemaei Scalae* F. at poſtea rem ſedulo perpendens, anno MCCCCXLIII. quo tempore carmina huiuſmodi *Landinus* ſcripſerat, aut nondum natam eſse *Alexandram*, aut ſi nata, amori ſaltem obnoxiam eſse non potuiſse, deprehendi, & ab hoc conſilio receſsi.

Neque hoc nomen fictum eſse crediderim, quum revera mihi compertum ſit, illius aevi literatos viros, ut nunc quoque accidit, puellas in deliciis habuiſse plurimum, in eorumque laudem carmina, ad inſtar illa *Ovidii*, quae amatoria nuncupantur, exaraſse. Atque ut rem exemplis probemus, Ecquem latet quanto amore *Barptolemaeus Scala*, *Albieram Albiziam* proſequeretur, quae in flore aetatis obiit, ut *Politianus* eleganti carmine teſtatur, & *Vgolinus Verinus* Lib. II. *Flammettae* MS. in Bibliotheca *Magliabechiana*, in quo inter reliqua hoc Diſtichon invenies:

Quid lacrymae? quid vota pii valuere mariti,
Quid quod eras *Scalae* vatis amica tui.

Ipſe *Vgolinus Verinus* libros III. conſcripſit, in quibus amores ſuos in *Flammettam* expoſuit. In Libro I. citatae *Flammettae* haec de *Xandra* noſtra, & *Flammetta* cecinit:

Roma licet iactet pulcras habuiſse puellas,
Quarum nunc tantum nomen inane manet.
Cynthia, vel *Nemeſis* Romanae gloria gentis,
Xandrae ceſserunt illa, vel illa tamen;
At nunc quae noſtro celebrata eſt carmine virgo
Flammetta, Etruſcae gloria gentis erit.

De *Politiani* vero, & *Petri Criniti* amoribus nihil proferam, cum in *Politiani* vita a *Friderico Ottone Menckenio* conſcripta, quoad primum, quoad alterum vero in eius elogio a *Paullo Iovio* compoſito fuſe pertractata, invenire poſsis. De *Pici Mirandulani* amoribus vide Lib.

Lib. I. Epiſtol. *Angeli Politiani* Epiſt. II. & ſeq. Quare nihil mirandum nobis erit, ſi & *Chriſtophorus* noſter annos iuveniles in amoribus *Alexandrae* cuiuſdam, quum id ea aetate in moribus eſset, plurimum inſumſerit.

(2) Ex Lib. I. *Xandrae*:

Quo tempore amore oppreſſus ſit.

NVnc age ſub tacitae dum nigra ſilentia noctis
Fundere iam lacrimas, vel ſine teſte, licet?
Huc *Erato* duros dum nos ſolamur amores;
Huc adſis, nam Tu nomen amoris habes,
Hic libet heu primae tempus meminiſse iuventae,
Cum vacuum tanti pectus amoris erat!
Nec dum turbabant moeſtum ſuſpiria pectus,
Ore nec a triſti ſalſa fluebat aqua.
Heu quis tunc fueram, quis nunc, an vertere men-
Ius tibi, proh tantum, ſaeve Cupido, datur. [tes
Tu mea ſervitio preſsiſti colla nefando,
Vt primum dominae vidimus ora meae.
Nam neque mortalis facies, nec lumen in illa,
Quale ſub humana fronte micare vides,
Quod ſi, pace licet Superi, mihi dicere veſtra,
Viſa eſt caeleſtes voce praeire Deas.
Quin & tempus erat, quo iam ſub vere tepenti,
Pectora noſtra ſolent igne calere novo,
Aurea Phryxei nam tum per vellera ſigni
Maxima lux mundi ſol agitabat equos,
Cum ſua naſcentes depingunt floribus herbae,
Prata, novis foliis cum viret omnis humus,
Cum Veneris placide ſtimulis excita volucris
Demulcet querulis frondea rura ſonis,
Cum deſiderio tauri concuſsa iuvenca,
Conſortem viridis quaerit habere tori;

Cum-

Cumque ovis irrigua nimium laſcivit in herba,
Atque gregis ſequitur ſima capella virum!
Omnia cum rident ſuavi reſperſa lepore,
Et tenet in terris aurea cuncta Venus;
Tunc tua me prima certiſsima, *Xandra*, ſagitta
Fixit, & in pectus duxit amoris iter.
Tunc primum inſolitos mens noſtra experta furores,
Coepit venturis triſtior eſse malis.
Tunc mea libertas miſerum me prima refugit,
Et coepi duro ſubdere colla jugo.
Tunc primum ſenſi, quae inſania verſet amantes,
Sub ſpecie mellis quanta venena latent.
Quid ſperare queant, quid ſit magis uſque timendum,
Quae levitas miſeros nocte, dieque premat.
Ex illo ſemper maduerunt lumina nobis
Tempore, nec gratus venit in ore cibus.
Fulmine quid rapido figis fera corda Gigantum
Iuppiter? eſt maior poena paranda malis.
Quiſquis ſtelliferum contendit ſcandere Coelum,
Tentat & in ſuperos bella movere Deos:
Hic facibus duri ſubito inflammetur amoris,
Et dominae teneat ſub iuga colla ſuae,
Tunc ſciet Aetnaeos onus hoc anteire labores,
Et cupiet potius Pelia ſaxa pati.

(3) Hoc in ſuis elegis *Xandrae* fuſe teſtatur noſter, ex quibus hanc proferimus, ut ea quae diximus, eo magis comprobemus!

Ad Barptolemaeum Opiſcum Scalam.

QVaeris cur noſtros macies contraxerit artus,
Inque dies creſcat pallor in ore mihi.
Cur placidus miſeras relevet non ſomnus ocellos,
Cur lacrimae a facie fluminis inſtar eant.

Ah

Ah neſcis quantae vexent mea pectora flammae,
 Nec, mi *Scala*, vides quid ſit amare malum.
Quod ſi te certa Deus hic violare ſagitta
 Coeperit, & faculis urere corda novis;
Tunc Tytii duros poteris ridere dolores,
 Vulturis & ſaevi roſtra putare iocos,
Tartareaeque voles potius ſuccumbere ſorti,
 Oraque Tartarei terna videre canis,
Quam ſemel inſano mentem vitiare veneno,
 Et ſentire quibus ignibus urat Amor.
In me tela volant, in me ſua fulmina taedas
 Concutit, inque dies durius inſtat Amor.
Tu tamen infando nondum mea *Xandra* furori
 Succurris, moriar, ſi mihi lenta venis.
Quae tibi, quae laus eſt, quae gloria tanta miſellum
 Perdere me, damno ſtant mihi fata tuo.
Quis roſeam faciem, quis Cygnea colla, manuſque,
 Si peream, vel qui lumina nigra canet.

(4) Vid. Commentarium gloſsam in C. XV. Paradiſi, quae ita ſe habet: *Io viddi in Roma ne' tempi di Eugenio IV. un Vaſo di alabaſtro, nel quale la candela riſplendeva più che in ſottiliſſima lanterna.* Quae cum ita ſint cum *Eugenius* A. MCCCCXLVI. e vivis exceſserit, ante illum annum Romam petiiſse patet.

(5) Quod revera Romae vetuſtatis reliquias ſedulo perquiſierit perſpicue patet ex ſequentibus elegis ex *Xandrae* lib. 2. demproptis.

Ad Muſam, quod Florentiam ad Ioannem Antonium pergat.

CVrre ſed extemplo Thuſcum viſura Leonem,
 Atque Fluentinas, candida Muſa, domos.

Ve-

Verum ubi ſublimem turrim, portamque Senenſem
Intraris, recta perge ſubinde via:
Et veterem tranſi pontem, quem mollibus undis
Subfluit, & placidis irrigat Arnus aquis,
Ex hinc ſericias inter vectere tabernas,
Et Mercatorum compita pulcra fori.
Neve malum poſt haec callem tranſire timebis,
Namque habet hic falſi nomina vana metus.
Neve iter inflectes, quamvis ſint propter eundum
Luſtra Lupae, fugit hanc nulla matrona viam.
Hinc trivium a paleis dictum, & Laurentia velox
Templa petes opibus nobilitata novis.
Non tamen hic vatis moles miranda columnis,
Inque dies ſurgens te remoretur opus:
Nec latus in dextrum dum magna palatia magni
Suſpecta *Coſmi*, pes tibi lentus eat.
Sed breve quod ſpatium ſupereſt, deſciſce camino,
Sic demum in Gallam Muſa ferere viam;
Dulcis ubi aediculas carique ſubibis amici,
In cuius primum feſsa quieſce ſinu;
Ex hinc quam multam memori refer ore ſalutem
Antoniumque meum longa valere iube.
At te quid faciam ſi forte rogarit amicus,
Dicito me veterum diſcere relliquias.
Quas oculis ſiquis potuit conſpicere ſiccis,
Hunc hominis pectus non habuiſse putem.

De Roma fere diruta.

ET rebus cunctis inſtant ſua fata creatis,
Et, quod Roma doces, omnia tempus edit.
Roma doces, olim tectis miranda ſuperbis;
At nunc ſub tanta diruta mole iaces.
Heu quid tam magno praeter ſua nomina circo
Reſtat, ubi Exquilias ſola capella colit.
Haec

Haec ſua Tarpeium ſervarunt numina montem,
 Haec Capitolinas Iuppiter ipſe domos.
Quid Mario, Caeſar, deiecta tropaea reponis,
 Siquid Sylla fuit, haec tibi tempus edit.
Alta quid ad Coelum Tite ſurrigis amphitheatra,
 Iſta olim in calcem marmora pulcra ruent.
Nauta Palatini Phoebi cantaverat aedes,
 Dic tua, dic Phoebe, dic ubi templa manent?
Heu puduit ſtatuas *Scopae* ſpectare refractas
 Haec caput, iſta pedes, perdidit illa manus,
Nec te Praxitelis potuit defendere nomen,
 Quominus ah putris therma tegaris humo.
Hanc ne Phidiaca vivos oſtendere vultus
 Arte iuvat, doctus Mentor ubique perit.
Quin etiam Auguſto ſtygias remeare paludes,
 Si licet, & vita rurſus in orbe frui;
Inquirens totam quamvis percurrerit urbem,
 Nulla videre ſui iam monimenta queat.

(6) De Bello Aragonenſi verba facere ſupervacaneum eſt, cum plenae ſint Florentinorum auctorum Hiſtoriae: vid. inter reliquias *Scipionem Ammiratum* ſub A. MCCCCLII. Quapropter *Chriſtopbori* Elegiam tantum proferam hac occaſione conſcriptam MS. in libris *Xandrae*:

Octavum nitidis implet iam cornibus orbem,
 Errans purpureis aurea Luna rotis;
Ex quo mordaci praefixus corda dolore,
 Vix cecini de te carmina, *Xandra*, decem,
Sed Muſae teſtes, & magni mater Amoris,
 Et qui me miſerum tam male vexat Amor.
Nulla tui noſtram coepiſse oblivia mentem;
 Vltima, ſi fallo, lux eat iſta mihi.

Si

Si mea mens triſti belli concuſſa tumultu,
Qui careret dulcis praelia laeta Deae,
An ego deliciis, penituſque addictus amori,
Mandabo imbelli carmina blanda lyrae?
Solus & a curis, communi in peſte ſolutus,
Longa teram molli tempora deſidia.
Interea noſtris praeda ditatus ab agris,
Et pecus, & dominos Appulus hoſtis aget.
Magna Fluentinae Mavors primordia gentis,
Cur fuit heu noſtri tam tibi cura levis?
An tibi Tyrrheni ſordent ſic fata Leonis,
Vt noſtram ſubito, dive, periſse velis;
Moenia tu Mavors Feſulis ſub montibus olim,
Numine iuſsiſti ſurgere moeſta tuo;
Et dixti ominibus, proh quam Florentia magnis
Creſcit, erit Thuſcis urbibus iſta caput.
Nunc noſtra infandum longa obſidione tenentur
Oppida, maiorum quae poſuere manus.
Quid faciet Patriae ſpes, & tutela Senatus,
Quive decem curant bella gerenda viri.
Stat Gallicanis exercitus alter in oris,
Multaque de noſtro paſcitur aere cohors;
Nec facile eſt caſtris ſumtus praebere duobus,
Nec contemnendus hoſtis utrumque premit.
Nunc ruit Aragonum diſrupto foedere princeps,
Nec ſatis eſt terra, ni paret arma mari.
Hinc Venetae innumero complentur milite turmae,
Atque urbes ſocias Braccius urget eques;
Sed vos Sillanidae ſiquid virtutis avorum
Reſtat adhuc animo, pectoribuſque ſedet,
Ne gerite inceptum conducto milite bellum,
Exempla a priſcis iam repetantur avis.
Studendum propriis manibus, patriaeque vetuſtis
Legibus inſultet per ſua caſtra Leo.

Sit-

Sitque ea vis animo, qua quondam ſaeva minantem,
Impulit audacem vertere terga Lupam.
Si valuit quondam Reginas ſiſtere turmas,
Hic populus, Patrio ſigna movente Duce;
Si Campaldinae teſtantur funera pugnae,
Sanguine qua rubris fluxerat Arnus aquis;
Si Volaterrani noſtro ſub Marte domantur,
Nec iuvat excelſis moenia habere locis,
Cur Nolana cohors, Calabri vel Principis alae,
Sic poterunt Feſulas nunc ſuperare manus.
Nondum adeo amiſit vires Florentia priſcas,
Vt ſit Campanis praeda futura viris.

(7) Anno aetatis ſuae XIX. carmina haec amatoria ſcripſiſse comperio ex Lib. I. *Xandrae* in Epigrammate ad Librum, ubi ait:

Ternis addideram luſtris vix quatuor annos;
Nec bene dum noram quid ſit amare malum.

Et inferius:

Praeſertim ignoſcet nimium iuvenilibus annis,
Semper enim haec aetas digna favore venit.
Vertere Gorgoneae nam cur me lumina *Xandrae*,
Inſilicem primum ſic potuere novam.

Quin etiam id teſtatur ipſemet in Commentario ad *Dantis* Cantum X. *Inferni*, ubi de *Farinata Vberto* agens haec ſubdit: „ E tra molte altre „ coſe fu conſigliato, che l' ultimo exterminio „ de' Guelfi era disfare Firenze primo capo di „ quella parte, e ridurre la Città a borghi, „ acciocchè e Guelfi già mandati in exilio perdeſsino ogni ſperanza di ritornare. Al qual „ conſiglio *Meſſer Farinata* ſolo ſi oppoſe, come „ ſi

„ ſi dimoſtra nella hiſtoria di *Lionardo Aretino*
„ in una concione, la quale fece *Farinata* nella
„ Empoleſe congregatione; onde io nelle Ele-
„ gie intitolate *Xandra* ſcripte in mia adole-
„ ſcentia, ſcripſi di lui tale Epigramma:

Guelſa meo, fateor, ſuperavimus agmina quaeſtu,
  Sanguine cum rubris Arbia fluxit aquis;
Sed tamen ut priſcas teneas Florentia ſedes;
  Sola *Farinatae* mens tibi magna dedit.

Id inſuper eo magis confirmatur ſequenti Elegia. Lib. III. *Xandrae* in fine:

LVſimus ardentes teneris haec *Guido* ſub annis,
  Vt canerem noſtrae lumina ſancta Deae,
Vt canerem *Xandram*, cuius tantum uror ab igne,
  Quantum Sicaniis non furit Aethna iugis.
Interdum noſtri ſic Moecenatis honores
  Strinximus & gracili, qui canit alta, pede.
At mea ſi *Petro* commendent carmina Divae,
  Quae iuga Permeſsi Fluminis alta tenent:
Prima haec Pierides, *Medici* ſi grata reponant,
  Vt ſibi non penitus diſplicuiſse putem.
Auſpicio tanto laetus, maiore per altum
  Aethera conabor carmine ferre virum.
Namque dabit magnas tanta haec fiducia vires,
  Vt referam grandi grandia verba Lyra.
Inter & Heroas Saturni tempore natos,
  Tentabo nomen inſeruiſse ſuum,
Nam Syllae adſpicient hoc conſultore Quirites,
  Aurea Dictaei ſaecla redire ſenis.
Icario adſpicient geminas ſub ſidere Lances
  Erigonen iuſto pondere ferre pares.

(8) Suorum carminum collectionem poſt annum XIX. ab eodem factam eſse crediderim cum multa ſint, quae cum eo anno minime conſentiant. Omnium Elegiarum Elenchum in medium profero.

Xandrae Liber Primus.

Ad Librum.
Quo tempore amore oppreſſus ſit.
Ad Barptolemaeum Opiſcum Scalam.
Ad Xandram.
Ad Xandram.
Senii Senarii ad imitationem Petrarcae.
De Alphonſo claudo amatore.
De Theologo concionatore luxurioſo.
Ad Lupum.
Ad Bernardum.
Ad Albam.
Ad Leonem Baptiſtam Albertum.
Quaerit qua perturbatione ſit affectus.
Ad Theophaſmam Franciſci Caſtilionenſis amicam.
Ad ſe ipſum.
Ad ſe ipſum.
Epithaphium in Leonardum Arretinum.
Ad Xandram.
Ad Philippum de Amica.
Ad Lucinam pre partu Xandrae.
Laudes Dianae.
Ad Barptolemaeum Scalam.
Ad Barptolemaeum Scalam de ſuis Maioribus.
De Xandra.
Ad Ginevram.
De reditu Xandrae.
Ad Xandram.

Ad Ioannem Antonium.
Ad Ginevram.
Ad Anaſtaſium.
Ad Librum.

Lib. II.

Xandra Lib. II.

Ad Petrum Medicem.
Contra Avaros.
Ad Xandram.
Ad Xandram.
Ad Petrum Medicem de ſuis, & Moecenatis laudibus.
Ad Xandram.
Deſcriptio Montis Aſinarii ad Laurentium Creſcium.
Conqueritur de Amore.
Ad Muſam.
De Inſomnio.
Heliſabeth moriens ad Bernardum fratrem.
De Bindo Luſco.
De eodem.
Epitaphium Philippi Architecti.
Aliud pro Eodem.
Ad Franciam.
Ad Xandram.
Ad Bindum.
Ad Franciam.
Ad Leandram.
Epitaphium Pauli in ipſo concubitu defuncti.
Ad Vrbem Florentinam.
Ad Bindum.
Ad Xandram.
Ad Xandram.
Quod Roma Xandram admiretur.

Ad

Ad Ioannem Antonium de Carminibus Burchi.
Ad Muſam quod Florentiam ad Io. Ant. pergat.
De Roma fere diruta.

Lib. III.

Ad Petrum Medicem Mecenatem ſuum.
Ad Petrum Medicem Mecenatem ſuum.
Ad Antonium Caniſianum de primordiis Vrbis.
Eulogium in fratrem ſuum.
Elegia in Bello Aragonenſi.
Ad Paullum ne timeat Bellum Aragonenſem.
Eulogium in Carolum Arretinum.
Epitaphium Dantis Poetae.
Aliud.
Epitaphium Franciſci Petrarcae Poetae.
Aliud.
De Sibylla.
De Farinata Vberto.
Tamiris Scytharum Regina.
Ad Io. Salvettium de Laudibus Magni Coſmi.
Ad Iacobum Azzarolum de Laudibus Magni Coſmi, & Domus Azzarolae.
Ad Petrum Medicem de Laudibus Poggii.
Eulogium in Coſinum puerum Medicem.
Ad Guidonem Guiduccium.

Plurimi huius *Landini* operis MS. Codices exſtant in Bibliothecis Florentinis, ac prae reliquis ni *Laurentiana*, *Riccardiana*, & *Strozziana*.

§. XIV.

FLorentiam reverſus A. MCCCCXLVI. coepit doctorum virorum laudes promereri, & magnae doctrinae ſcriptis apud omnes celebrari; nam ita favente Apolline carmina, quorum ſupra meminimus, cecinit, ut communi ſuffragio Poeta excellentiſſimus diceretur (1). Egregiam hanc, ac vividam animi ſui indolem progrediente aetate, magis atque magis confirmavit pertinax *Landini* induſtria in pervolvendis Graecorum, Latinorumque Philoſophorum ſcriptis, quorum ut occurrentes in legendo difficultates facile fortiterque ſuperaret, praeter adſiduam in eorum pervolutione diligentiam ac ſtudium, *Caroli* etiam *Marſuppini* (2), ac *Paulli* Mathematici (3) praeſertim ope plurimum utebatur. Atque ut eo magis intima doctrinarum ſenſa perciperet, adſidua ſe diſceptatione ſolebat

exer-

exercere. Hinc fuit, ut plures, pulcherrimaſque de pluribus rebus diſputationes inſtitueret, ex quibus principem quidem locum obtinet ea, quam de Anima cum memoratis ſapientiſſimis viris in iuventute ſua habuit (4). Nam cum eorum ſacrorum die, quae apud Chriſtianos omnium maxima, Iudaico nomine Paſcha adpellatur, domum ad *Carolum Arretinum* ſalutandi ſolum gratia poſt meridiem acceſſiſſet (5), eumque ocioſum, quod raro propter eius publicas occupationes evenire ſolebat, offendiſset; & una cum *Paullo* Medico, Philoſophoque nobiliſſimo diſputantem conſpicatus eſſet, ſtatim huiuſcemodi occaſione a fortuna ſibi oblata admonitus, conſilium aliquam cum viris illis doctiſsimis diſputationem inſtituendi cepit. Animae igitur originem ſedulo perquirens veterum Philoſophorum ſententias in compendium redegit; *Epicuream*que refellere adgreſſus, animam minime corpoream eſſe in pro-

patulo collocavit. *Platonis* vero veſtigiis inſiſtens, cur primum anima ſit, inde quid illa ſit, num ante, an poſt, creatum corpus exſtiterit; num in uno homine plures animae, vegetans ſcilicet, ſenſibilis, motrix, ac rationalis inſitae ſint, inveſtigavit acute. Adlata vero animae definitione, cur ſubſtantia, & non accidens, cur incorporea, & non corporea, a ſummo rerum opifice edita ſit, doctiſſimis argumentationibus probavit (6). In altera vero diſputationis parte de vi vegetante agit, qua nempe ratione corpus nutriat, membraque protendat, ex quo ſemine plures procreet (7). In tertia denique de intellectu patiente, & agente diſſerens, quid inter ſuperiorem, inferioremque rationem interſit, acutiſsime demonſtravit; & *Averrois*, aliorumque ſententias refellens, tot exſtare animas, quot homines declaravit. Denique quamplures de animae immortali beatitudine demonſtrationes profert. Opus profecto omnium pig-

pigmentorum flore, atque colore diſtinctum: ita lectiſsimis verbis feſtive, atque venuſte; ita ſententiis copioſe, & ornate diſſertat, nihil ut eius oratione, cum uberius, tum vero ſuavius, modulatiuſve eſse poſsit. Illud vero *Herculi Borſo* Vrbinatum Principi (8) conſecravit, & tanta adprobatione, tantoque omnium plauſu exceptum eſſe coniicimus, ut omnes illud cupidiſsime lectitarint, atque didicerint; & magnum illud eloquentiae lumen *Barptolemaeus Fontius* (9) ea tempeſtate illius excerpta in proprium uſum ſelegerit, quae autographa Florentiae in Bibliotheca *Riccardiana* adſervantur.

(1) Omnes propemodum illius aetatis litterati homines, veluti *Marſilius Ficinus* in Prolegomenis ad Convivium *Platonis*, *Barptolemaeus Fontius* in Orationibus, *Ioannes Carolus*, & *Franciſcus Berlingherius*, alter in Dedicatione Vitarum Virorum illuſtrium Ordinis Praedicatorum *Landino* inſcripta, alter in Opere ſuo Geographico, ubi de Florentia agit; *Vgolinus Verinus* non modo in Libro *De Illuſtratione Vrbis Florentiae*, verum etiam in Elegia quadam, quam in-

inferius proferemus, cui titulus: *Ad Chriſtophorum Landinum Rhetorem, ac Poetam Florentiae inſignem*, Poetam clariſsimum, ac celeberrimum unanimes vocitant.

(2) De *Carolo Marſuppino* verba fecimus pag. 80.

(3) *Paullus* Phyſicus, & Mathematicus praeſtantiſsimus, nuncupatur a *Landino* in Dialogis de Anima. Saeculo XV. floruit, ſummaque apud omnes in exiſtimatione fuit. Hunc *Mannius* in Illuſtratione *Boccaccii* Fabularum cum altero *Paullo* Geometra confundit, cuius Sepulcrum exſtat in Eccleſia *SS. Trinitatis*. Ipſe quoque erravi dum *Iulii Nigri* in *Hiſt. Script. Florent.* veſtigiis inſiſtere volui, adfirmans pag. XXXVI. meae Hiſtoriae *Americi Veſpucii*, eumdem eſse, ac *Paullum* Geometram. Etenim Elegiacon hoc carmen, quod modo referam, aliaque, quae à *Landino* met noſtro in Dialogis de Anima, & fuſe in ſuis operibus traduntur, alium eſse oſtendunt. Prior enim ſaeculo XIV. & alter XV. floruit. In ſuis Commentariis ad *Virgilii* Georgicon Lib. I. de Thyle multa tradens *Paullum* Phyſicum ita memorat: „ Noſtro tamen tempore cum „ Florentiae homines videris, qui circa initia „ Tanais habitent, omnia de illa regione vera „ novit. Ego autem interfui cum illos *Paullus* „ Phyſicus diligenter quaeque interrogaret. „ Altero loco Lib. I. *Aeneid.* verſ. *Sic placidus: Veniet luſtris labentibus aetas*; fortaſse de altero *Paullo* agit, ubi de anno Lunari diſceptat: „ Tamen *Andalo*, & *Paullus* Florentinus eum „ ex triginta & ſex millibus annorum conſtare „ dixerunt. „ In Libris *Xandrae* habetur ſequens Elegia:

Ad

Ad Paullum ne timeat Bellum Aragonenſe.

ETſi praeclari ſint haec pia munera civis,
Vt ſibi ſit patriae maxima cura ſuae.
Vt varios caſus ſemper, varioſque reflexus,
Fortunae, & varias cogitet uſque vices:
Non tamen adverſis te adeo diffidere rebus,
Paulle, velim, ut turpi ſic quatiare metu.
Provida namque decet fidentem cautio civem,
Sed timor a forti ſit procul uſque viro.
Sit ſatis, humanae quod poſsint cernere mentes,
Conſulere, & culpa non maculare caput.
Cetera linque Deis; nam Di mortalia curant:
Di Florentinis ſaepe tuliſtis opem.
Saepeque maiores urbs haec experta tumultus;
Saepeque maiori venit ab hoſte metus.
Quis turmas equitum neſcit, peditumque cohortes,
Caeſaris Henrici, Theutonicaſque minas?
Hic opibus, magnique Auguſti nomine fretus,
Sperarat Feſulam perdere poſse domum.
Quin etiam ad *Salvi* poſuit praetoria templum,
Et tetigit caſtris moenia noſtra ſuis.
Mox tamen effugiens multa virtute ruentes
Non tulit Etruſcos in ſua terga viros:
Nam quid Topori cladem, medioque repertas
Monte acies, ſocium vinclaque rupta canam?
Vrbi nempe mihi noſtrae hoc dare fata videntur,
Poſsit ut adverſis ſpe meliore frui.
Teſtis tu nobis dum, *Pıccinine*, *Mugelli*
Per iuga terribilis Gallica ſigna rapis.
Quando alias meliore duce, & melioribus armis,
Bebriacus Lydum terruit imperium.
Quin Florentinus comitem ſe fecerat exſul,
Creſceret ut noſtra ſeditione malum.

Ergo

Ergo hominum, atque boum vaſtantur culta labore,
Et ferro, & flammis plurima tecta cadunt.
Heu memini, inſolito trepidant dum Marte, co-
Vicinas urbi deſeruiſse domos. [lonos
Hoſtibus adverſis & *Fullonaria* ceſsit,
Quam removet noſtra quintus ab urbe lapis.
At vos aeterni mortali e ſemine divi,
Syllanum quibus eſt maxima cura genus,
Inſubris exſuvias vos, atque inverſa Philippi
Iuſsiſtis veſtro pendere ſigna tolo.
Tu tibi Romulidae ſpolium affectare Leonis,
Piccinine, tuis viribus auſus eras.
At ſecus evenit, Liguremque *Anglaria* vallis
Tyrrhenis vidit cedere militibus.
Sic *Pratenſe* ſolum, ſic pinguia culta *Biſenti*,
Et quae parvus aquis irrigat *Umbro* ſuis.
Nam quis *Piſanas* magno in certamine vires,
Aut quis *Parrhaſiae* neſciat urbis opes?
Omnibus imperii certatum viribus hic eſt,
Cum populus nollet Arcas habere pares.
Di reprimunt faſtus, & nulla ſuperbia longa eſt,
Quique pares refugit, cogitur eſse minor.
Ergo focos, araſque Deum, ſacra, atque profana,
Quamvis ille ferox ſub iuga noſtra dedit.
Denique ſi ſolers Annales voluere priſcos,
Et ſtudeas populi noſcere facta tui;
Per quos ah caſus, per quanta pericula cernes,
Ex humili hunc ſummum iam tetigiſse gradum:
Nam qui olim armati bello impendente timebant
Empori promtas in ſua damna manus;
Tyrrhenas inter tamen admirabilis urbes
Exſtat, & Etruſcis quis neget eſse caput?
Rebus & infractis vidit te turpe latentem,
Turpeque mutata carpere veſte fugam.

Ergo

Ergo amiſsa tuo redierunt oppida bello ;
Non tamen eſt nobis haec rediiſse ſatis.
Namque *Caſentinas* quicquid poſsederat olim
Regulus, antiquae Stirps generoſa domus,
Omne Fluentino nova praeda adiungitur agro,
Sic, o ſic quiſquis foedera rumpit, eat.
Sic quondam *Catilina* tuae *Piſtoria* cladis
Vrbs memor in noſtras ire coacta manus.
Et credemus adhuc, tanta ad faſtigia vectum
Veniſse, ut Calabro ſit nova praeda duci?
Quin ultro iniuſti contundent ſaeva tyranni
Arma : pias cauſas numina ſancta fovent.
Ergo agite, & primis felicia caſtra movete
Ominibus, vates omnia fauſta canunt,
Et mihi Pierides iam proſpera ſigna puellae
Oſtendunt, certa non caritura fide.
Iamque dies aderit cum Florentine, fugatis
Hoſtibus, exſolves maxima vota Deis.
Tunc ego captivos longa procedere pompa,
Aſpiciam & vinctos poſt ſua terga duces ;
Victoreſque ſequi noſtros ; tum maxima ſanctis
Ignibus, & thure templa calere novo.
Spectatorque aderit populus : plauſuque frequenti
Turba ſalutantum carmina feſta canet.
Hunc ego, *Paulle*, diem, quamquam mihi vita iu-
Natali potero praepoſuiſse meo. [cunda eſt,
Namque hinc Saturni conſurgent aurea priſci
Saecula, florentis ocia pacis agent.
Mos etenim Feſulo ſemper fuit iſte Leoni,
Victor ut in victis mitior uſque foret.
Mos fuit adverſos pro libertate tyranno,
Comprimere, ac victis mollia iura dare ;
Nam bellum ſemper nos hac ratione movemus,
Vt, pacem praeter, nil voluiſse putes.

(4) In adoleſcentia ſua Dialogos hoſce elucubraſse, patet ex reſponſo quodam *Caroli Marſuppini*, cui, cum de anima dubium quoddam moviſset, ita reſpondit: *Carolus: Macte Puer, nam etſi doctrina tibi abunde non adſit, non tamen qui haec dubites ingenio cares.* Huius Operis unum tantum exemplar autographum in Bibliotheca *Riccardiana* valde litùratum, & mancum inveni. Hinc ex eius raritate *Poccianter*, & *Niger* de eo ne verbum quidem fecerunt. Opus hoc ſuum pluribus in locis memorat *Chriſtophorus*, ac prae reliquis in Cap. X. *Inf. Ma io nel primo de' tre libri, che in lingua Latina ſcriſſi dell' anima....; nè allegai mei libri, perchè ſia sì arrogante, che io mi preponga alli altri, ma perchè in quelli ſono raccolte molte coſe, che non ſi trovano altrove inſieme, perchè congiunſi la Platonica con l' Ariſtotelica, e Stoica diſciplina, e quelle ò ſottomeſſe alla Criſtiana verità.*

(5) Id ex ſequentibus laudati Operis verbis, quibus opus auſpicatur *Chriſtophorus*, patet: „ *Carolus*: cur hic, tu *Landine*, & unde hac „ praeſertim hora, & hac die, in quo donec „ veſpertinis ſacris tempus adveniet domi potius „ delitefcere, & velato, ut eſt apud Maronem, „ capite, in adſidua cum ceterarum divinarum „ rerum, tum animi noſtri, ſpeculatione verſari „ oportet, ne poſt iam ſumtum agnum, hoſtilis facies omnia conturbet. *Landinus*: Ad „ te, o *Carole*, conſcius enim mihi, & meae „ imbecillitatis haud ignarus volui, ut vitis „ ulmis adiungi ſolet, ne cum ſuis ſe viribus „ ſubſtentare negant humi proſtrata inutilis ad „ fructum ferendum reddatur; ita & ego tibi „ haerere, ne forte dum ad altiora, quam vires

„ no-

„ noſtrae ſufficere poſsint, me erigere conor, Iu-
„ nonis falſa imagine deluſus, non Deae, ſed
„ nubibus admiſceear, unde poſt multos fruſtra
„ ſuſceptos labores, pro hominibus Centauri
„ ſint procreandi: nam ut tibi iam vera fa-
„ tear, cum nondum mihi nota viarum regia,
„ ſic libentiſsime ducentem ſequor. Quamobrem
„ cum paullo ante hi, quos cernis mecum, ado-
„ leſcentes ad me domum veniſsent, poſcerent-
„ que tale aliquid, quale nunc ad te poſtula-
„ tum acceſsimus; recordarerque ego, quod olim
„ cupienti quidem, ſed ab homine occupatiſsi-
„ mo petere minime audenti, mihi pollicitus
„ fueras, placuit omnibus nobis ita tecum age-
„ re, ut hoc diutius te debere non poſse in-
„ telligeres. Nunc vero cum *Paullum* phyſicum,
„ mathematicumque nobiliſsimum apud te vi-
„ deam, eo audentius aggrediar, quoniam il-
„ lum a nobis pugnaturum confido. Itaque ſi
„ neque precibus flecti, neque illa praetoria
„ formula, qua pacta ſervare iubemur, convinci
„ poteris, habeo hic in ſubſidiis tanti viri au-
„ ctoritatem, qua tu, tamquam Ariſtaei vincu-
„ lis, novus Proteus comprehenſus, nobis
„ alioquin morem geres. Age igitur, benevo-
„ lente Deo, explica primum quid anima ſit,
„ undeque illi origo exſiſtat, deinde quo pacto
„ in corpore conſtituta ſuas vires exerceat.
„ Poſtremo ſit ne poſt obitum hominis incolumis
„ duratura. „

(6) In fine primae partis leguntur haec verba: „ Expreſsi ni fallor originem animorum
„ noſtrorum, divinam illam quidam, atque im-
„ mortalem, & quae non modo auctorum prae-
„ ſtantia, & religionis noſtrae maieſtate, ſit
„ reli-

„ reliquis omnibus longe anteponenda; ſed quae „ tot tamque variis argumentationibus corroboretur, ut ſine ulla ſit dubitatione adprobanda. Quapropter cum & vos iam veſpertinis ſacris adeſse, ex diei ſolemnitate oporteat, & me valetudini meae conſulere neceſſitas poſtulet, ſit tandem hodiernae diſputationi modus. Quae vero reliqua, ſunt autem & plurima, & huiuſcemodi ut iis ignoratis tanta ad beatam vitam nobis via intercludatur, in ſequentes dies transferantur. „

(7) Excerpta ex Praefatione ſecundae partis ad *Herculem Borſum*, ubi expoſitis de anima variis difficultatibus ſic illum adloquitur: „ Quem quidem librum quum ad te, illuſtrisime *Hercules*, deferendum curem, vereor, ne apud eos, qui conſilium noſtrum minime norunt, aut ſtultitiae, aut temeritatis crimen ſubiturus ſim, veluti is, qui, vel iudicii tui acumen, & eorum, quos tecum habes, ſummam exactiſsimamque doctrinam parum praeviderim; vel ſi praeviderim, nimis tamen confidenter noſtra haec apud eos iactem, quorum acerrimum iudicium, & doctiſsimum reformident: quis enim neſciat quotidie in crebris diſputationibus, de maximis, difficillimiſque rebus ita verſari, ut nullus paullo gravior in Philoſophia locus, qui tibi incognitus ſit, relinquatur. Nam quid ego nunc viros literatiſsimos referam, quos univerſa Italia, multis ante praemiis honeſtatos novit, quos omnes quum longum ſit referre, duos tamen de multis ſilentio praeterire nullo pacto poſſum. Auditur enim quotidie *Horatius Girondus*, qui vir, o immortalis Deus! quam multa,

„ quam

„ quam varia doctrina inſignis, quam acutus in „ inveſtigando, quanto conſilio in iudicando, „ quanta vehementia in diſputando. *Hierony-* „ *mo* vero *Caſtello* quid eruditius, quid elima- „ tius excogitari poteſt, qui a teneris annis „ cum naturae beneficio ſuffultus, tum multo „ magis ardentiſsimo quodam ſtudio erectus, „ omnium Philoſophorum familias, omnium „ Rhetorum ſcholas ſectatus, & recte, ſcien- „ ter, & ornate, dicendi ſimul exactiſsimam „ rationem adſecutus eſt; effecit enim quod „ iamdiu nulli, noſtra vero aetate paucis omni- „ no contigit; nam quae priſci Scriptores con- „ iunctim tradiderunt, deinceps vero, ſive rei „ difficultate, ſive hominum negligentia, ſeor- „ ſum tractata ſunt, ut & quod in philoſo- „ phia, & qui in arte dicendi exercerentur; „ ita quiſque ſuo ſtudio delectatus ſit, ut alte- „ rum ne attigerit quidem; ea ipſa complectens, „ & ea omnia docte, ſapienterque tenet, & ea- „ dem illa copioſe, & ornate proferre, vel eo „ maxime valet, quod Graecis, Latiniſque „ literis eruditiſsimus ſit. Non fuit igitur no- „ ſtrum conſilium hos viros huiuſcemodi dicendi „ genere laceſsere, verum cum noſtra, qualia- „ cumque ipſa ſint, Siculis, & Tarentinis, ut „ eſt apud Lucilium, ideſt minus doctis homi- „ nibus ſcriberentur, tamen a Perſio quoque „ legi, & quidem antea ſummopere cupivimus: „ nam ſi labore, induſtriaque noſtra aliis pro- „ deſse pro viribus nitimur, videmus hoc ab „ iis, qui doctiores, & humaniores ſunt, quodam „ iure repetere poſse; ut ſi dum labentes ſub- „ ſtinere tento, ipſe corruam, viciſsim accur- „ rant, manumque porrigentes me diutius ia-

„ cere

„ cere non patiantur. Ego enim ipſe ſum, qui „ cum & probum ſimul, & non incautum omni- „ no virum me praeſtare cupiam, alterum me „ aſsecuturum exiſtimem, ſi quicquam in nobis „ ingenii, doctrinaeve eſt, id liberaliſsime in „ commune adferam; alterum autem, ſi quae „ non recte teneo, ea potius addiſcere, quam tur- „ piter ignorare velim: non enim alios ſupera- „ re, ſed verum invenire contendimus. Ad rem „ revertamur. Cum enim poſtridie eius diei, „ in quo ſuperioris libri eſt a *Carolo* habita di- „ ſputatio, domum ad illum vix bene exacto „ meridie rediſsemus, huiuſcemodi a nobis exor- „ dium ſuſceptum eſse memini.

(8) Lectori meo gratum facere arbitror, ſi *Landini* Epiſtolam Dedicatoriam, in qua *Borſii* mirae virtutes effulgent, proferam. Ea vero praemittitur Dialogis de Anima, quae initio mutila eſt, & ita habet: „ Iubebant iura „ omnia Te Parenti tuo tamquam legitimum „ heredem ſuccedere; ſucceſſit tamen *Leonellus* „ princeps quamplurimis literis, multiſque vir- „ tutibus illuſtris: quo quidem tempore cum „ multi e gentilibus tuis, multi ex paternis „ amicis, te ad iuſtiſſimam indignationem exci- „ tare tentarent, noſſes autem tu, & civili „ iure, & Pontificio decreto rem ad te perti- „ nere, neque ad repetendum animus deeſſet, „ neque fautores; tu tamen, o admirandam pie- „ tatem, & rem paene ſine exemplo! tu inquam „ exſul potius, & paterna hereditate privatus, „ ex alienis opibus pendere potius voluiſti, „ quam domum tuam vel minimo ſangnine con- „ ſperſam contueri. Deceſſit *Leonellus*, ſucceſſit „ *Borſius*. Quis tunc credidit te hoc diutius

„ tole-

„ toleraturum, ac non potius vi, atque armis, „ quando iure ille nollet, quod ereptum fuerat, „ vendicaturum? quod quidem etſi a nullo in„ vitatus feciſſes, aequi, atque iniqui factum „ adprobaſſent; tu vero contra. Nihil enim „ de tua innata manſuetudine imminuens, eum, „ qui fraterna iura minus obſervarat, non ſo„ lum, ut fratrem dilexiſti, verum ut paren„ tem coluiſti. Quin, cum aliorum opera nego„ cium tibi faceſſere potuiſſet, eum ab imminenti „ iam caede ſubtraxiſti, ut quantumcumque de„ inceps vixerit, tuo ſe beneficio vixiſſe fateri „ cogeretur. Praetereo quid nepoti tuo multa „ doctrina inſigni, quid reliquis eiuſdem factionis „ condonaveris; quid ei, ſi ab armis diſcedere „ voluiſſet, pollicitus fueris. Sed quid ego haec „ in eos commemorem, qui tibi ſanguine con„ iuncti ſunt, cum patria etiam ignotiſſimi ea „ animi magnitudine te fuiſſe omnes norint, ut „ nulli, modo errati poeniteret, venia unquam „ denegata ſit. Te igitur tot virtutibus, tam „ magnis, tam raris, inſignem cum cernerem, „ & maximum Principem iudicavi, & digniſſi„ mum, cui ſermo de anima habitus dedicare„ tur. Sed nos ad ea, quae propoſita ſunt „ revertamur: virumque ipſum, quem noſtra „ aetas doctrina ac ſapientia excellentiſſimum „ vidit, iam audiamus: nam cum primus eo„ rum ſacrorum dies, quae apud Chriſtia„ nos omnium maxima iudaico nomine Pa„ ſcha appellantur, domum ad eum ſalutandi „ ſolum gratia poſt meridiem acceſſiſſem; il„ lumque ociosum, quod raro propter publi„ cas occupationes evenire ſolebat, offendiſ„ ſem, et una cum *Paullo* Medico, Philoſo-

K pho-

„ phoque nobiliſſimo, neſcio quid de philoſo-
„ phia diſputantem conſpicatus eſſem, ſtatim
„ huiuſcemodi occaſione, a fortuna mihi obla-
„ ta, admonitus conſilium immutavi; meque,
„ veluti ad id, quod iamdiu impetrare ab eo
„ cupiveram, rogandum veniſſem, mente, at-
„ que oratione compoſui. Ille vero cum nos
„ familiariſſimis verbis, ut ſolebat, iucunde
„ recepiſſet, ſedereque iuſſiſſet, in hunc fere
„ modum ſermonem inſtituit.

(9) *Barptolemaeus Fontius* excerpta nobis exhibet huius operis, quae MSS. exſtant in Bibliotheca *Riccardiana*. Quin & ipſe Landinus in Comment. ad *Dantem* C. X. Inf. p. LIX. idem opus in compendium redigit, quod alias pluribus in locis memorat, & praeſertim p. 3. c. 1. Inf. & p. CCXXXVI. Interp. Horatii. *Fontius* iſte in Florentino Atheneo profeſſor eloquentiae fuit ſua tempeſtate clariſſimus, uti nos prae ceteris docet *Vgolinus Verinus*, non *Michael*, ut *Menckenius* in dubium revocat p. LXXIII. N. N. in Vit. *Ang. Politiani* binis hiſce verſibus a *Baelio* adductis in Dict. Critic. Tom. II. p. 1193.

Fontius eſt Rhetor, pubis moderator Etruſcae,
Iudicio, & nulli morum probitate ſecundus.

In Bibliotheca *Riccardiana* Cod. M. IV. Chartac. in IV. num. XXV. leguntur ipſius Praelectiones in Perſium; opus ſuo tempore limatiſſimum, de quo legi merentur, quae a *Maſſa* proferuntur, in *Vita*, *origine*, & *patria* Auli Perſii p. XVII.

In eadem Bibliotheca ſunt, M. III. Cod. Chart.
in

in IV. n. VII. Vocabula, & obſervationes Grammaticae. Etymologiae ex diverſis auctoribus, & ex Tortellio praecipue N. III. Cod. Chart. in IV. num. XXI.

Caſtigationes in Perſium. Orationes. Vita Paulli Diacceti. Donatus. N. I. Cod. Chart. in IV. n. XXXV.

Silva variae lectionis N. II. Cod. Chart. in IV. num. VI.

Excerpta de rebus naturalibus ex diverſis auctoribus N. II. Cod. Chart. in IV. num. VII.

Adnotationes in Livium, & Iuvenalem, & Annales ſuorum temporum N. II. Cod. Chart. in fol. n. XVI. XXI. XXVII. XXXIX. & multa alia in aliis Codicibus.

Laudatur *Fontius* in quodam Epigrammate poſito ante Poema *Valerii Flacci* ex editione *Philippi Iuntae* in hunc modum.

Petri Bargetani in huiuſce operis recognitionis laudem Epigramma.

PAlladis, & magnae quondam Iunonis, alumnos
 Auſa per immenſum ducere prima ſalum,
Torpueram multos Argo carioſa per annos,
 Contemta heu paſſim muneris arte mei.
Fontius, & geminae Benedictus gloria linguae,
 Verus Apollinea Phoebus uterque lyra;
Adflati pariter divino Palladis igne,
 In veterem laceram reſtituere locum.
Quo Typhis malo & velis reparata ſecundis
 Aeterna vivam laude per ora virum.
Et qui flammifero duce me ſuccedet Olympo,
 Caſtalios relegat, qui periere, ſales.
Fontius ut Typhis, ſpecula Benedictus ab alta,
 Perpetui fient in tua vota duces.

Cura Michelotti de me ſuſcepta parentis

Praeſtabit docto pectore Tyndaridas.

Pariter in Dedicatione ad Bernardum Michelottum Canonicum Flor. Benedicti Philologi.

Qui liber antea maioribus, & pluribus, non dico mendis, ſed portentis ac monſtris ſcatebat, quibus tollendis unus Hercules ſatis fuit *Bartholemaeus Fontius*, varia linguarum literatura munitus, atque inſtructus, cui ingens gratia habenda eſt, cum in adoleſcentia in eo corrigendo plurimum laboraverit: modo enim ſaniori per aetatem conſilio doctiſſima interpretatione hunc candidiſſimum Poetam ab iniuria audacis inſcitiae vindicavit.

Quibus rebus factum eſt, ut in deliciis haberetur a *Matthia Corvino* Vngariae Rege, ac Bibliothecae Prudenſi praeficeretur, ut citatus *Menckenius* opere laudato refert p. LXXIV. N. N.

§. XV.

HIs igitur editis iuvenilis ingenii fructibus, aetatis ſuae Anno XXXII. viros ea tempeſtate doctiſſimos ſtupore defixit, ita ut praecocibus etiam ingeniis, ac praeſertim *Marſilio Ficino*, ad aſperiora quaeque ac difficiliora ſtrenue libenterque capeſſenda facem

prae-

praeferre videretur. Eum itaque, ut libros quatuor Inſtitutionum ad *Platonicam* diſciplinam edocendam conficeret, *Landinus* hortatus eſt, quos ille feliciter abſolvit A. MCCCCLVI. (1) Deinde vero progrediente aetate *Ficini* operum propugnator fuit acerrimus, eo quod eadem illius iudicio ſubiiceret *Ficinus* (2). Erat enim in eo erecta, ac praeclara ingenii vis, & dexteritas, quae multos in admirationem rapuit, & auſpicatiſſima omina praebebat inſecuturae creſcentibus annis maximae exiſtimationis, doctrinaeque conſummatiſſimae. Praeterquamquod iuvenum eruditorum aetate aequalium, ac virorum doctrina excellentiſſimorum, conſuetudine utebatur, *Poggii* ſcilicet Florentini (3), *Iacobi Ammannati* poſtea Cardinalis Papienſis (4) *Barptolemaei Scalae* (5) *Roberti Salviati* (6) *Leonis Baptiſtae Alberti* (7) *Caroli*, & *Franciſci Berlinghieri* (8) *Antonii*, & *Bernardi de Caniſianis* (9) *Ioannis Cavalcantis*.

 (1) Haec

(1) Haec probant *Ficini* verba in Epiſtola ad *Philippum Valorium* A. MCCCCXC. die V. Novembris ſcripta, quae ita habent: Anno „ ſalutis humanae MCCCCLVI. quo quidem „ dem annos aetatis agebam tres atque vi- „ ginti, tu vero natus es, primitias ſtudio- „ rum meorum auſpicatus ſum a libris IV. In- „ ſtitutionum ad *Platonicam* diſciplinam, ad quas „ quidem componendas adhortatus eſt *Chri-* „ *ſtophorus Landinius*, amiciſſimus mihi, vir do- „ ctiſſimus. Cum autem ipſe, & *Coſmus Me-* „ *dices*, perlegiſſent, probaverunt quidem, & „ penes me ſervarem conſuluerunt, quoad „ Graecis literis erudirer, Platonicaque omnia „ ex ſuis fontibus haurirem. Vid. hac de re *Io: Georgium Schelornium* in vita *Ficini* inſerta Tom. I. *Amoenit. Literar.* Et profecto *Chriſtophorum* ab adoleſcentia *Ficinus* noverat: de eo enim ita fidem facit *Ficinus* in Epiſtola ad *Martinum Vranium*, qua ſuos diſcipulos recenſet. *In adoleſcentia noſtra Peregrinus Allius, Chriſtophorus Landinus &c.* Paullo poſt: *Horum plurimi, excepto Landino, Baptiſta Leone, & Benedicto Accolto, lectiones noſtras nonnunquam audierunt.* *Chriſtophorus* vero, in Commentario ad *Dantem* c. XXXIII. Infer. ubi de Phantaſia loquitur, amorem in *Marſ. Ficinum* ſuum ita declarat. *Come verbi grazia è ripoſto nella mia immaginativa la immagine di Marſilio Ficino, nella quale, benchè lui ſia abſente, io veggo la ſua perſona, et di che ſtatura, di che liniamenti, di che colore. Item veggo come va, con che geſti parla, e ſimili coſe.* Ex pagina inſuper CXLVII. Commentarii in Horatium adparet,

quod

quod etiam cum *Ficino*, *Marſilii* patre, maximo amoris vinculo coniunctus erat.

(2) Ante *Platonis* verſionem a *Marſilio Ficino* confectam haec leguntur verba „ Ne forte putes, amice lector, tantum opus editum temere, ſcito, cum iam compoſuiſſem, „ antequam ederem, me cenſores huic operi „ plures adhibuiſſe; Demetrium Athenienſem, „ non minus philoſophia, & eloquio, quam „ genere, Atticum; Georgium Antonium Veſpuccium, Ioannem Baptiſtam Boninſegnam, „ Florentinos Viros Latinae linguae, Graecaeque „ peritiſſimos: uſum praeterea acerrimo Angeli Politiani doctiſſimi Viri iudicio; uſum „ quoque conſilio Chriſtophori Landini, & Bartolemaei Scalae, Virorum clariſſimorum.. „ MCCCCLXXIX. „ In Apologia, in qua de Medicina, Aſtrologia, vita mundi, & de Magis loquitur, qui Chriſtum ſtatim natum ſalutaverunt, tribus *Petris*, *Nero*, *Guicciardino*, & *Soderino*, miſſa ex agro Caregio XV. Sept. MCCCCLXXXIX. *Proinde ut pluribus cauſam noſtram Patronis agamus addito, Petre mi Nere, Amphionem illum noſtrum Chriſtophorum Landinum, oratorem pariter, ac poetam. Ille noſter Amphion ſuavitate mira celeriter lapidea hoſtium noſtrorum corda demolliet*. Et rurſus in Apologia in librum ſuum de Sole, & Lumine ad *Philippum Valorum*, apud Pontificem oratorem: *Ito nunc alacer, mi Valor, in proelium. Propugnatores enim illos, ſcio quid loquar, tres ſaltem invictos habebis; Politianum Herculeum inquam, Phoebeum Picum, Amphioneum Landinum. Hi profecto pro mea vita iam triennium certaverunt, tam feliciter deinceps pro hoc meo quantuſcumque eſt*

ſplendore pugnabunt. Die XI. Ian. MCCCCXXXXIII. Referenda eſt hic Epiſtola *Marſilii*, quae legitur in collectione Epiſt. eiuſdem *Ficinii*, & quidem ſic.

Marſilius Ficinus Chriſtophoro Landino bonitate doctrinaque ſingulari. S. D.

„ Ariſtotoles problemata de natura re-
„ rum introduxit. Ego nunc apud te de na-
„ tura hominum moveo. Dic age: cur homi-
„ nes rationales eſſe gloriantur? Adfectant,
„ timentque multa, priuſquam ſatis ſciant u-
„ trum adpetenda, timendave ſint, an con-
„ tra; aeternis & immenſis breviſſima &
„ minima anteponunt. Cur nec obedire ho-
„ mini volunt, nec ſapienti parere? beſtiis ta-
„ men vitiiſque libentiſſime ſerviunt. Quare
„ aliis contendimus dominari, cum nobis ipſi
„ non dominemur. Quare ſtudio dominandi
„ quotidie in ſervitutem incidimus? & digni-
„ tates conſequi conamur magis quam ut di-
„ gnitatibus digni ſimus. Praeterea, cum vi-
„ deamus beſtias non poſſe recte abſque ho-
„ minis cuſtodia regi, quonam pacto arbitra-
„ mur homines ab homine, abſque Dei conſi-
„ lio & auxilio, poſſe faciliter gubernari?
„ Quid nam facit novi in tam ſuperflua rerum
„ copia querulos, & egenos? Quid facit,
„ ut multis invideamus, dum mortalium condi-
„ tio miſericordia digna ſit, potius quam in-
„ vidia? Cur bonorum tam facile oblviſcimur,
„ nunquam vero malorum. Et cum contraria
„ contrariis expellantur, quid mala malis iu-
„ vare tentamus? quid ſaepe ſperamus ad glo-
„ riam per infamiam pervenire? Virtutem in

„ alio

„ alio admiramur : nos autem ut admirandi „ videamur, nitimur potius, quam ut ſimus. „ Diſplicet vitium alienum : vix autem cogitamus, quo pacto nobis aliiſque nequicquam „ diſpliceamus; claudimus aures veritati, mendacio patefacimus. Quid de illis dicam, „ qui alicuius vel hominis, vel rei amore „ capti ſe ipſos alio habent; ſe deſerunt, ut „ aliquid conſequantur? O dementes, o miſeri „ cum aliena per aliud, quam per vos ipſos, „ apprehendere nequeatis! Quid bona procul „ quaeritis peregrini, cum prope ſint, imo „ intra vos ſint? Admirari & hoc, Landine, „ ſaepe ſoleo qua ratione mortem unam dumtaxat timeamus, eam videlicet, quae finis „ eſt moriendi, quotidianas vero mortes nequaquam? Nempe quolibet momento corporis „ temperatio variatur, & vita praeterita definit. Denique, ut mihi videtur, quam „ falſo virtutes, vitia vero revera exercemus, idcirco, quantum in nobis eſt, falſo „ felices, revera miſeri, evademus. Haec riſit „ Democritus, haec deploravit Heraclitus. Curare Socrates; curare poteſt Deus. O quam „ miſerum animal homo eſt, niſi alioquin „ evolet ſuper hominem, commendet videlicet „ ſe ipſum Deo, Deum amet propter Deum, „ & cetera propter ipſum. Haec unica problematum illorum ſolutio eſt, requieſque malorum. Vale.

(3) De Poggio vide ea, quae diximus pag. 89.

(4) *Iacobus Ammannati*, Cardinalis Papienſis dictus, Patria Lucenſis, Florentiae ſumma in paupertate paedagogus vixit, noſtrum vero

ſem-

ſemper impenſe coluit, memor antiquae conſuetudinis, & ingenii ſui, cuius laudator exſtitit ſummus; nec ornamenta ſuae dignitatis quicquam de amici cariſſimi memoria ademerunt, cuius quidem rei teſtimonium ex eo colligi poteſt, quod, cum gratulatorias litteras ob Cardinalatus adeptam dignitatem *Landinus* ei miſiſſet, humaniſſimum inde reſponſum tulerit, ſicuti ex ſequenti patet Epiſtola:

Chriſtophoro Landino Card. Papienſis.

„ Diſtuli dies aliquot reſpondere tuis lit-
„ teris non aliam ob cauſſam, quam ut tibi
„ ipſe reſcriberem. Poſſunt, qui nobis ab Epi-
„ ſtolis ſerviunt, partem aliquam ſenſus no-
„ ſtri indiciis ſuis exprimere: ad illa vero
„ arcana penetrare non poſſunt, quae in in-
„ timo cordis ſunt, & tam eum delectant,
„ qui ſcribit, quam ad quem ſcribuntur. Nunc
„ vero paullum hoc ocii habens morem geram
„ & tibi, qui mihi gratularis ob dignitatem
„ Cardinalatus in me nuper collatam. Credo,
„ Criſtophore, tuam gratulationem ex animo
„ eſſe: cum me ſemper dilexeris: & coniun-
„ ctio ſtudiorum noſtrorum, abſentes, & ſilen-
„ tes in caritate tenuerit. Ago tibi debitas
„ gratias implenti munus amici, & oſtenden-
„ ti memorem te benevolentiae noſtrae, &
„ commendationum, quibus a me omnibus in
„ locis & ſemper ornatus, non paſſus es in tot
„ gratulationum vocibus tuam requiri. Innova-
„ ſti per litteras foedus coniunctionis antiquae
„ quod & ſi inoffenſum manebat, profuit
„ tamen a ſenectute nimia vendicari. Seram
„ au-

„ autem gratulationem non fuit neceſſe tot „ verbis excuſares. Sera videri forſitan aliquibus potuit: mihi certe per quidem tempeſtiva. Si enim allata in primo illo ſalutantium concurſu fuiſſet, legi quiete non potuiſſet. Erat neceſſarium in cumulum communium litterarum oblivioni mandari. Nunc lecta quiete eſt, & guſtata ſuavitas omnis orationis tuae, atque affectus. Sic precor continuo facias: puteſque non ideo quia honore pares non ſumus, amore pares eſſe non poſſe. Poſſumus certe: ſpeciem exteriorem dignitas hec mihi immutavit, iudicium interius ut erat dimiſit. Servo amicitias veteres, diligo qui me dilexerunt: & omnibus cum poſſum communem me praeſto. Si frequenter non poſſum; eſt gradus, non voluntatis. Dixi haec pauca, ut ſcires operam tuam non fruſtra futuram. Laurentius Guidettus, quem in calce litterarum commendas, venit ad me: benigne ſuſceptus eſt: libenter quoque auditus. Conſiderans vero ego eius aetatem, & litteras adhuc complemento egentes, conſului rediret ad vos, ut quae didicerat in otio confirmaret. Filio non aliud ſuaſiſſem quam ſibi: accipit curia noſtra meliores quam faciat. Servitur hic vel ambitioni vel domino, utrobique tempus diei, & noſtrum totum conſumitur, ad ſtudia ne momentum quidem relinquitur: quod partum affertur, id vere prodeſt: retinetur aegre, niſi bene ſit partum: additamenta nulla ſunt expectanda: ideo fit ut ingeniis nondum confirmatis calamitas nocentior afferri non poſſit. Sicut autem facturum te ſpondes, ita quaeſo extre-

„ mam

„ mam manum inchoato operi adpone, & iu-
„ venem perfice: ut ſibi & mihi ſuo tempo-
„ re utile miniſterium habeat. Quod vero ad
„ nos attinet, quando communis tibi eſt ani-
„ mus noſter, velim etiam dignitatem com-
„ munem exiſtimes: partitio iniqua ut reor non
„ erit, ut tua ſit uſu, mea poſſeſſione, qui
„ in ea acquirenda tamdiu raſtris graviſſimis
„ ſum operatus. Vale.

Quin etiam apud ipſum plurimum valuit, ut patet ex eius Epiſtolis *Landino* datis, in quarum altera apparet, a *Landino* fuiſſe *Vgolinum Verinum* Cardinali commendatum, quam ſuo loco luce donabimus; altera privilegium quoddam ab eodem fuiſſe poſtulatum, ut ſcilicet *Mariottus* ex Ordine Minorum Fr. ſine impedimento Fratrum ſuorum docere extra coenobium Laicos Arithmeticam poſſet.

(5) Cum *Barptolemaeo Scala Landinus* a puero arctiſſimo amoris vinculo coniunctus fuit, cum quo deinde progreſſu temporis congrediebatur ſaepe, ob publicum literarum munus, ſuaque opera illius iudicio recenſenda ſubiciebat. *Scala* in Epiſtola ad *Politianum* Lib. V. *Hermolaum Barbarum* laudans, haec de noſtro ſubdit. „ Namque inter eos, qui hac tempe-
„ ſtate bonis artibus excelluerunt, libenter con-
„ numerem. Verum, ut quod ſentio fatear, a
„ noſtris temporibus, plus ſpei mihi videntur
„ illa praeſtare, quam rei. Ac ſoleo id ſae-
„ pe cum *Landino* noſtro, quicum propter
„ commune litterarum ſcribendi publicarum
„ munus congredior frequentius; neque eſt de
„ quo colloquamur, quam de iſta veſtra hu-
„ manitate, avidius; ſoleo inquam peranti-

„ quos

„ quos nos appellare homullulos ; quia & ſi„ ipſe quoque multa ſcripſerit appoſite , atque „ eleganter , ediderit , ut inde ſubtimere ſcri„ ptis ſuis poſſit , ſi vetuſtatis candidiſſimum „ illum ſplendorem non attigerint , nihilomi„ nus tamen , quae viri modeſtia eſt , haud„ quaquam repugnat obſtinatus.

Brevis *Landini* Epiſtola exſtat in calce Apologorum *Barptolemaei Scalae*, qui MS. in Bib. *Laurentiana* adſervantur.

Chriſtophorus Landinus Bart. Scalae.

„ Salve. Perlegi Apogolos tuos, in quibus „ nulla opus eſt Apologia ; omnia probo, plu„ rima vehementer laudo , multa etiam admi„ ror. Invenisti argumentum , in quo inge„ nium tuum regnare videatur. Vale.

(6) *Robertus Salviatus*, Minervae alumnus clariſſimus , & eloquentiae *Ciceronianae* ſectator acerrimus, complures Epiſtolas, & quidem elegantiſſimas ſcripſit. Vid. *Pocciantem*, & *Nigrium* l. c. necnon *Ioſiam Simlerum* in Epitome.

Plurimae harum Epiſtolarum elegantiſſimae publici iuris factae cum Epiſtulis *Io. Pici Mirandulani*, quarum una eſt ad *Laurentium Medicem*, alia ad *Io. Picum*, & ad reliquos ſui temporis viros doctiſſimos. Quantis autem ad coelum laudibus eum tollerent illius aevi literati viri , videre eſt pluribus in locis Epiſtolarum *Angel. Politiani*, Lib. IV. & XII. *Marſilius* vero *Ficinus* plures ad eum literas dedit Lib. X. Epiſtolarum. *Hieronymus Donatus*, *Io. Picus*, *Barptolemaeus Fontius*, *Baccius Vgolinus*, *Iunianus Marius*, & *Chriſtophorus Landinus*, cum

doctiſ-

doctiſſimo viro Salviato literarum commercium habebant, mutuiſque fovebant doctiſſimis argumentis. Quod ut magis innoteſcat, proferenda eſt *Landini* ad *Robertum* Epiſtola ante Romanum iter ſcripta, quae ita inter Epiſtolas Pici legitur.

Chriſtophorus Landinus Roberto Salviato.

Quam gratum quamque iucundum praeclariſſimum mihi tuum munus fuerit, ne altera quidem Iliade ſatis pro rei magnitudine exprimere poſſe confidam. Quid enim aut a te tum liberaliſſimo, tum doctiſſimo viro, convenientius proficiſci, aut ad me litterarum cupidiſſimum exſpectatius afferri potuit, quam Pici noſtri, viri in omnibus litteris ac doctrinis noſtra aetate facile principis, exacta illa in Moſeos Geneſim Heptaplus mirifice conſcripta? Nam cum apud infinitos pene Hebraeos, plurimos Arabas Graecoſque, ac Latinos non paucos, docte, diſtincte, eloquenterque eam rem ita tractatam videamus, ut ne verbum quidem addi poſſe crederem; ipſe tamen novo pene argumento univerſam rem exordiens, atque inſolita eodem via perveniens, quae tritiſſima iam, & apud omnes vulgata, viderentur, ita deſcripſit, ut etiam qui doctiſſimi ſunt veluti nova atque inaudita admirentur. Quamobrem me, qui nunquam Etruriae fines hactenus égreſſus ſum, per omnes terrarum regiones atque tractus nullo equo delatum, nullis iumentis provectum, ſi perpetuo rationis ſuae vehiculo advectum nullo negocio provexerit; ac deinceps continente relicto non Arioneis

neis Delfinis, ne dicam humanis navigiis, per omnia maria, ſua enarratione, veluti Neptunio curru vectatum, perduxerit. Haec profecto magna omnia, atque incredibilia videri poſſunt. Verum alia ſunt maiora, atque maiori admiratione digna. Nam ab aquis elatus neſcio an olorinis pennis, an Daedaleis, Pegaſeiſque alis, per omnem aerem, per omnem aethera, ad ſummum uſque corruptibilium rerum culmen, non ducente modo illo, ſed ſubvehente, perveni. Stupore extremo res profecto digna eſt, mundum hunc inferiorem atque elementalem peragraſſe; ſed longe maiore ad caeleſtem perveniſſe Lunaeque orbem primum Mercuriique deinceps ac Veneris penetraſſe, Solis radios vidiſſe, Martis ardores ſenſiſſe, ac poſtremo & Iovis ſalutares, & Saturni graves, radios cognoviſſe: tum poſtremo octavam illam ſphaeram ardentibus ſtellis refulgentem, hoſque omnes Coelos non ſimplici uniformique, ſed triplici triformique, motu rotari animadvertiſſe, quae tamen omnia in ſenſus noſtros non cadere quis ignorat? Tertium autem mundum idem ita pervolandum mihi dedit, ut conſopitis omnibus ſenſibus (hi enim huiuſcemodi inſpectioni obſunt potius quam proſunt) ſola mente, ſola enim ea haec tanta ſpatia peragrantur, & conſpexiſſem profecto, & perſpexiſſem. Sed illius acies veluti noctua ad Solis radios caecutiens tantum ſplendorem ſubſtinere non potuit; quapropter quidquid in huiuſcemodi peregrinatione, ſeu, ut verius loquar, in patriam reditu, illum latuit, vel oculos noſtros effugit, vel non index ipſe, ſed ipſe, cui indicabatur, in culpa facile deprehenditur: nam Ioannis Pici Mirandolae divinum ingenium omnia

nia demonſtraturum ſe, & recipit, & praeſtat. Quid igitur, mi Roberte, eſt, quod ego tibi debere non fatear tanto munere a te ditatus, quod quidem ego quamprimum guſtare coepi, tanta ſemel aviditas excitata eſt in me, tantuſque ex pabuli ſuavitate epulandi amor, ut omnis morae impatiens nihil malis mandendum mandaverim, ſed velut avidiſſimus iuvencus cuncta ſolida devoraverim. Verum, cum continuata lectione rem univerſam peregiſſem, eiuſdem pecudis more congeſtans in ſtomachum, ad os revocans diligentius ruminaſſem, tunc vere mirus, tunc qualis nunquam, ſtupor inceſſit. At dices: non antea hominis doctrinam admirabaris? Admirabar quidem, ita illum in omnibus diſciplinis verſari, ut in ſingulis tamen excellere videretur. Nullus eum in phyſicis, nullus in mathematicis diſputantem locus fugiebat; in metaphyſicis vero, & in omni theologiae genere, ſive eam quaeras, quae a Mercurio excitata, & a Platone conſummata eſt, ſive noſtram atque Chriſtianam omnium excellentiſſimam, atque veriſſimam, nihil noſtra haec ſecula, & aliquanto etiam ſuperiora, illo eruditius eſſe viderunt. Sed ne forte putes, quo vitio plerique noſtrum elaborarunt, ipſum ab ſapientia eloquentiam ſeiunxiſſe, nonne & graviſſime, & copioſiſſime, praetereaque ornatiſſime, omnia deſcribit, ut priſcis illis oratoribus iure ſuo optimo admiſceri iam poſſit? Haec igitur ita de illo hactenus admirabar, ut nihil huiuſmodi adinventioni addi iam poſſe putarem. Verum ſua heptaplo perlecta, quid illa ſuperiora admirarer? Quapropter, neque temere neque forte quadam, ſed Deo ita iuben-

bente eveniſſe crediderim, ut divinus hic vir tribus his nominibus inſignis evaſerit. *Ioannes* enim ſive domini gratia, ſive in quo eſt gratia, ſive cui donatio a Deo facta eſt, interpretatur. Quis non videat non potuiſſe eum quam aſſecutus eſt doctrinam ſine praecipua maximaque Dei gratia aſſequi? In Pico autem roſtri duriciem ſcimus eſſe, id capitis robur, ut nullum, neque tam oſſeum, ut ita dixerim, neque tam lapideum lignum invenias, quod haec avis non perforet atque in eo latebram, quo ſe recipiat, nidumque congerat, artificioſe excavet. Eodem ergo modo nihil ex omnibus diſciplinis humano ingenio tam difficile cognitu eſt, quin ipſe quaeque duriſſima tundens penetraverit, nidificaverit, pullos excuderit, atque produxerit. Cum vero omnia in eo viro miranda ſint, quis non *Mirandulam* eum appellandum duxerit? Quamobrem ut tibi, qui illius familiaritate aſſiduo utaris gratulor, ſic mihi doleo, mihi inquam, qui in hoc me infelicem putem, cui propter multas neceſſariaſque occupationes meas, illi, quod ardentiſſime cupio, noctes dieſque adhaerere non liceat. Si enim liceret, a latere, non dico ſenis, ſed iuvenis, nunquam diſcederem, ejus dico iuvenis, in quo omnis ſapientia, omnis doctrina ſenilis, canaque eſt. Tu autem, cui longe maius otium fortuna obtulit, natura autem ingenium excellens tribuit, quod tamen deinceps diuturna tua in omnibus bonis artibus exercitatio, uſuſque frequens auxit, atque expolivit; fruere hoc tibi caelitus delapſo bono, hauri ex hoc uberrimo fonte, vel potius immenſo oceano, atque tantum hauri, quantum, non ſolum ad praeſentem, verum & futuram omnem ſitim ſe-

dandam ſatis eſſe poteſt. Reputa ergo te, computa, diſputa tecum, quam pauciſſimis mortalibus tantum boni unquam evenerit. Gloriatur Alexander ille magnus in Ariſtotelis tanti philoſophi tempora incidiſſe. At tibi Ariſtoteli, Platonique ſimul familiariter convixiſſe feliciſſima tua ſorte datum eſt, atque ita Ariſtoteli, atque Platoni, ut in illis praeter veterem Academicorum Peripateticorumque doctrinam, Paulos noſtros, Ioannes, Dionyſios, Auguſtinos, Hieronymos, Thomas, reliquaque huiuſcemodi lumina, relucere videamus: Quamobrem ex his rebus collige quantum vel te ipſum, vel ex hoc amare debeas, optime *Roberte*, cui & ipſa fortuna obtulerit, & tu tua prudentia profeceris, & huic viro te familiarem apprime reddideris. Vale X. Kalendas Decembris.

At quoniam de *Salviatis* agimus animadvertendum eſt, hac ferme aetate floruiſſe *Iacobum Salviatum*, qui cum potentiſſimis Italiae Principibus ſanguinis cognatione coniunctus eſſet, litteras maxime fovit, ſtimulumque addidit *Angelo Politiano*, ut poëma *Ruſticum* ederet. In Biblioth. *Salviata* Flor. n. XXII. extat Codex membr. cum hoc titulo: *Garganii ſenis Ordinis Minorum de ractione ſubiecti generis ſubiciendique cauſae ad Iacobum Salviatum Virum Clariſſimum, & Doctiſſimum* A. MCCCCXCIII. De eodem meminit *Nicol. Angelius* Bucinenſis in Epiſtola dedicatoria ad *Io. Salviatum*, Macrobii Operibus Flor. ab Iunctis impreſſis A. MDXV praemiſſa, & *Stephanus Sterponius* Piſcienſis Epiſtolam eidem mittit MS. in Cod. *Salviniano*, qui plures eius Epiſtolas & Orationes continet.

(7) *Leo*

(7) *Leo Baptiſta Albertus*, cuius vita MS. legitur in Codice Chartaceo Bibliothecae *Magliabechianae* in Fol. n. 1. ab anonymo ſcripta, noſtri amiciſſimus fuit, ut in ſuis operibus *Landinus* teſtatur, veluti in Comm. *Horatii* lib. III. ode *Deſcende Coelo*, & inſequenti Carmine, ex libris *Xandrae* deſumto, cum hac inſcriptione.

AD LEONEM BAPTISTAM ALBERTUM.

Ibis ſed tremulo libelle greſſu,
Nam curſus pedibus malis negatur,
Verum ibis tamen, & meum Leonem
Baptiſtam, Aonidum decus ſororum,
Antiqua AEneadum videbis urbe.
Quid ſtas? quid trepidas, libelle inepte?
Cur non ſumis iter, timesne tanti
Forſan iudicium viri ſubire?
Nil eſt quod timeas: legit poëtas
Doctos ille libens, ſaleſque laudat
Leves, & placidos probat lepores,
Sed nec rancidulos, maloſque vates,
Quamvis molliculi nihil bonique
Candoris teneant, fugit ſeveros
Laudat ſiquid ineſt, tamen modeſte;
Laudandum reliquum, nec uſque mordens
Coram carpit opus, bonuſque amice
Secreta monet aure nigriora,
Quae tolli deceant, ſimulque verbi
Albis carmina verſibus, ſuumque
Non hunc grande ſophos decenſque luſus,
Quamquam utroque valet nimis diſerte.
Non Alberta domus facit ſuperbum,
Cunctis eſt facilis ! graviſque nulli.

L 2 *Hic*

Hic te, parve liber, ſinu benigno
Laetus ſuſcipiet, ſuiſque ponet
Libris hoſpiculum, ſed heus libelle,
Audin? nequitiae tuae memento:
Quare, ſi ſapies, ſeveriores
Quos ille ingenuo pios pudore
Multos compoſuit relinque libros;
Et te paſſeris illius querelis
Doctis, ſive canis iocis biberi,
Argutae, lepidaeque ſive muſae
Extremum comitem dabis, ſuperque eſt
Iſtis ſi potes ultimus ſedere.

In Apologia Florentinorum *Dantis* commentario praemiſſa haec de eodem tradit.

Et hoggi vivono non pochi, e quali o già perfetti o no, o nel corſo che guida ad perfectione tanto progreſſi, che ſaranno in gran nome ne' futuri ſecoli appreſſo di quegli che dopo noi verranno. Optimo ſiſico & metaſiſico & in tre lingue externe dopto vedemo ne tempi noſtri Iannoctio Manetti, & Paullo poſt*: Ma dove laſcio Batiſta Alberti, o in che generazione di docti lo ripongo? dirai tra' Fiſici, certo affermo eſſer nato ſolo per inveſtigare e' ſecreti della natura. Ma quale ſpezie di Mattematica gli fu incognita? lui geometra, lui aritmetico, lui aſtrologo, lui muſico: & nella proſpectiva maraviglioſo, più che uomo di molti ſecoli: le quali tutte doctrine quanto in lui riſplendeſſino manifeſto lo dimoſtrano i libri de architettura da lui diviniſſimamente ſcripti, e' quali ſono referti d'ogni doctrina ed illuſtrati di ſomma eloquentia: ſcripſe de pictura: ſcripſe de ſculptura, el qual libro è intitolato*

tolato ſtatua. Nè ſolamente ſcripſe, ma di mano propria fece, e reſtano nelle mani noſtre commendatiſſime opere di pennello, di ſcalpello, di bulino, e di getto da lui fatte.

Iſte autem litteris expoliendis mirabiliter efformatus, cum continuis bellis *Philippi Mariae* Mediolanenſium Ducis, qui Florentinos acriter vexarat, noſtrum Atheneum valde procidiſſet, una cum *Petro Mediceo Coſmi F. Albertus* illud inſtaurandum curavit, propoſito praemio nonnullis, qui ad ſtatutum tempus in noſtra Eccleſia principe de Amicitia poëtice melius tractaſſent, ut videre eſt in egregia huius feſti narratione, quam è MS. Codice Bibliothecae *Riccardianae* in Catalogo eiusdem protulit doctiſſimus *Lamius*.

(8) De *Carolo Berlingherio*, *Nicolai* F. qui Fr. *Carolus* Florentinus ex ordine Frr. Praedicatorum dictus eſt, & qui ſincero *Landinum* noſtrum amore proſequutus fuit, ſuo loco nobis agendum erit. *Franciſcus* vero *Caroli* Frater, cui idem *Carolus* vitam MS. in Bibliotheca S. Mariae Novellae Frr. Praedic. *Io. Dominici* Raguſini Antiſtitis, ac S. *Xyſti* tituli Cardinalis inſcripſit, in egregio illo opere Geographico de Florentia agens, *Landinum* ſuum honorificentiſſimis carminibus laudat. Vide quae de eo tradunt *Poccianter*, & *Niger* in *Catalog. Script. Flor.*

(9) Cum *Antonio Caniſiano*, & cum *Io. Cavalcante* arctiſſimo amicitiae vinculo coniunctus erat, uti mentionem facit in Commentario ad Cant. XXII. Inferni *Dantis* in haec verba: *Ma perchè queſti giudizi, che fa la eſtimativa, e la fantaſia perirebbono ſubito, che fuſſino fatti, nè rimarrebbon nella mente noſtra, onde benchè oggi abbia fa-*

ſto giudicio, che Antonio Canigiani, *e* Giovanni Cavalcanti, *ſieno ſingulariſſimi Amici, & meritino di eſſere amati, niente di meno a ogni ora ſarebbe neceſſario rifarlo, ſe non fuſſi la memoria che ci ſerbaſſi el già fatto.* De *Caniſianis* Antoniis ita rurſum C. XVI. Paradiſi: *Ne' quali al preſente degni di conto ſono i due Antoni ec.*

Antonio Caniſiano elegantem, & patria eruditione refertam elegiam miſit MS. in Lib. Xandrae, quam hic ſubdo.

Ad Antonium Caniſianum de primordiis Urbis.

HAs omnes lautis opibus, quas ſuſpicis aedes,
  Seu ſacra te ſtupidum, ſive profana, tenent,
Nullas Syllanus miles conſpexerat olim,
  Cum Feſulos primum forte teneret agros.
Sed quae nunc multo ſplendent exculta labore,
  Limoſo turpis texerat alga lacu;
Namque retardatus ſpumantis vertice ſaxi,
  In ſtagnum pigras verterat Arnus aquas.
Nec pedibus tellus habilis, nec lintribus unda,
  Nec fluvius piſci, nec fuit herba bovi.
Nondum quaternos admirans advena pontes,
  Tranſibat ſicco flumina recta pede.
Nondum ſublimi in noſtram defluxerat urbem
  Fornice longinquis unda petita locis,
Excelſam ſed nunc ubi tollit curia turrim,
  Piſcator nulla fecerat arte caſam,
Et Baptiſterii ſacras ubi condimus undas,
  Garrula ranarum voce lacuna fuit.
Nam quis templa Crucis? quis ſaxis ducta ſuperbis
  Viderat *Albertum* tunc monimenta virum?

Quis

Quis Florentini norat praetoria iuris,
  Aut quod te cingit, curia celsa, forum.
Omnia limoſa ſqualebant arva palude,
  Quae nunc erectis molibus aſtra petunt.
Syllanus primus fugiens aſperrima montis,
  Purgavit noſtros arte colonus agros;
Atque Arnum recta, contractis undique lymphis
  Obice diſrupto compulit ire via;
Vicinumque libens primus deſcendit in aequor,
  Ut ſtrueret pulcrum nobilis urbis opus.
Hic Capitolinae primus non immemor arcis,
  Romano nobis nomine tecta dedit;
Et fora diſpoſuit Romano condita ritu,
  Romano ritu curia prima fuit.
Quin & Gradivo, longis ſuffulta columnis,
  Conſtruxit vario marmore templa Deo.
Et quae rupta iacent turpi viciata ſenecta,
  Moenibus adiunxit alta theatra novis.
Alite felici ſic prima exordia noſtrae
  Urbi, & praeclaro contulit auſpicio.
Ipſaque paulatim ſaeclo deſerta ſequenti,
  Implevit noſtras urbs Feſulana domos;
Migranteſque viri, montis de ſede vetuſta
  Auxerunt opibus moenia noſtra ſuis.
Quos inter ſtirpis, generiſque noviſſimus auctor
  Affuit *Antoni Caniſiane* tui.
Hinc tibi qua maneant patriae monumenta prioris,
  Aërea in niveo marmore luna micat.
Lunam etenim Feſulis populus geſtaverat olim,
  Index quae priſcae nobilitatis erat.
Lunam nunc Feſula tu qui deſcendis ab urbe,
  Inſigne antiquae nobilitatis habes.
Longa referre mora eſt priſcorum ſtirpis avorum,
  Si quot erunt nobis enumerare velim;

At tibi, quem ſimili, *Medices*, dignemur honore,
Nullum quod norim ſanguis avitus habet;
Namque inter reliquos tantum domus iſta decorum,
Egregios cives exerit alta caput;
Quantum Chriſtifera gaudet quod virgine templum
Molibus exſuperat cetera templa ſuis.
Hinc meritiſque gravis, multa & pietate verendus,
Eloquioque potens verius exoritur:
Namque hic civiles rabie inſurgente tumultus
Preſſit, & exortum ſeditione malum.
Numquam alias majore ruit plebs concita motu,
Portabatque atras iam fera turba faces
Tunc *Medices* pervectus equo, quique altus ubique
Signabat maculis candida terga nigris;
Vix erat adſpectus, populo & iam nota furenti
Maieſtas, vulgi preſſerat ora ſui; (rus,
Utque fretum hinc Sicula cohibet quod parte Pelo-
Hinc claudunt Latiæ regia ſaxa plagae,
Nunc Scyllae illidit ſcopulis, nunc atra Charybdis
Gurgitibus rapidis ima per antra vorat,
Et vorat, & rurſus fluctus eiectat in auras,
Saxa tegunt ſpumae, littora curva fremunt.
At ſi caeruleos magnarum rector aquarum,
Illa Neptunus parte reflexit equos, (tum
Tunc cadit omne maris murmur, rabidoſque furen-
Latratus cohibet Scylla maligna canum.
Excipiunt pelagi tunc muta ſilentia regem,
Ille volat paribus per freta ſumma rotis:
Sic rabies populi cecidit, taciturnaque cunctis;
Iam placuit ſtupidis ora tenere viris.
Verius at placidis commiſcens aſpera dictis,
Pectora multiſonae plebis acerba domat;
Nam notus pietate ſui, qui publica ſemper
Duxit privatis anteferenda bonis.

Inſa-

Inſanos multa cum libertate furores
  Rettulit in veram verius ipſe viam.
Haec igitur ſumens exempla domeſtica magnus
  Ante omnes *Coſmas* enumeratur avos.
Dicite vos, veterem quiſquis laudare ſenatum
  Coeptarit, patriae quis bona tanta tulit.
Nemo prius vidit ventura pericula, nemo
  Succurrit viſis promtius uſque malis.
Alter *Ariſtoteles*, alter *Plato*, publica iuſto
  Munera magnanimus iure gerenda capit.
Dives erat quondam *Craſſus*, ſed dives avara
  Solicitus vetitas arte parabat opes;
Nec partem poſuitve ſuis, inopeſve levavit
  Cives, nec ſacris ſtant pia tecta focis.
At diverſa locis ſtruxit quae *Coſmus*, eodem
  Si fundare ſolo ditia templa velis,
Vix Capitolinae circumdent moenibus arces,
  Tarpeio quondam limina ſacra Iovi.
Adde etiam excelſos urbis decora alta penates,
  Quaeque tot hoſpitibus tecta benigna patent.
Rebus at in duris illo quid fortius umquam
  Cive, tulit magnis urbs populoſa viris?
Teſtis erit nobis armis, opibusque ſuperbus,
  Qui ſua Rex Calabris caſtra referſit equis,
Et quicumque gravi Tyrrheni ſceptra Leonis
  Auſus erat duro ſubdere Marte iugo.
Nam neque magnanimum fregerunt horrida pectus
  Bella, nec adverſo praelia geſta Deo.
Turris ut in ſummi fundata cacumine montis
  Immotam ſcopulis ſe tenet alta ſuis,
Et licet hinc Boreas, rapidis hinc flatibus Eurus
  Certent, & pluvii flamina nigra Noti;
Sedibus illa ſuis haeret tamen uſque, nec ima
  Parte, nec in ſummo vertice, pulſa tremit.

Sic

Sic ille intrepida quaecumque pericula mente
Excipit, & duris caſibus ante venit.
Hinc igitur felix populus, felixque ſenatus,
Natis & *Coſmo* ſoſpite, noſter erit.
Ille quidem magnos hoc conſultore tumultus
Reppulit, & mitis otia pacis habet.
Ille etiam *Coſmi* conductas aere catervas
Inſtruit, & *Coſmi* militat aere Leo.
Aſpicite, o cives, quidquid micat urbe decorum,
Quae multis annis aedificata nitent.
Hoc decus ille novum populoque urbique paravit,
Ut vetus ingenti creſceret arte decus.
Vos ergo, humano geniti de ſemine Divi,
Quis nova templa pius *Coſmus* habere dedit,
Tu, Virgo, ante alios tibi iam ſi rite columnis
Suſpendit *Medices* marmora pulcra *Petrus*.
Hunc nobis ſervate ſenem: date candida *Coſmo*
Vellera longaevis continuare colis.
Ut natus, ſerum dum iam ſub tempus habenas
Tractant, longaevos cernat utroſque ſenes.

De *Bernardo* vero *Caniſiano*, qui cum *Marſilio Ficino* cumque viris illius aevi clariſſimis litterarum commercium habuit vide *Iulium Nigrium* l. c.

(10) *De Ioanne Cavalcante*, qui eius diſcipulus fuit, ut infra videbimus in eius laudem ſcripſit *Landinus* C. XVI. Parad. *Dantis*. *Et al preſente hanno le mie delitie Ioanni Cavalcanti uomo & di natural prudenza & di doctrina degno d' eſſere in ſomma loda*. Inducitur iſte in iis Declamationibus a *Benedicto Coluccio* Piſtorienſi conſcriptis & in Gymnaſio *Marſilii Ficini* nataliciis Chriſti diebus habitis, quae MS. ſunt in Bibliotheca *Mediceo-Laurentiana* Cod. Membranac. in XII. Plut. LIV. n. IX.

Prae-

Praeterea eidem Epiſtolam mittit metro ligatam *Naldus Naldius*, quae legitur T. VI. p. CCCCLXIII. Carminum *Illuſtr. Poet. Italor.* Florentiae impreſſorum.

§. XVI.

AD eam interim doctrinae maturitatem pervenerat Anno MCCCCLVII. ut *Landino* in optimo vitae flore conſtituto ampliſſima tranſacti laboris, & induſtriae praemia decernerentur. Vix annum XXXIII. attigerat (1) cum latinas litteras docendi, & Rhetoricis, Poëticiſque praeceptis Florentinam Iuventutem inſtituendi (2) publico decreto (3) traderetur provincia. Auſpicatiſſimo igitur initio eloquentiſſimus ipſe, & ad erudiendum a natura mirabiliter efformatus, incredibili dexteritate, quam ſuſcepit, ſpartam exornare contendit, & ſtudioſam Iuventutem

tem ad eum undique confluentem gratuito, vel tenui ſtipendio humaniſſime erudivit (4). Quin & ei *Laurentii Medicei* inſtitutionem *Petrus Moecenas* tradidiſſe, manifeſtum exploratumque mihi eſt. Inſtaurato interim *Landini* ope, cui publica utilitas cordi ſemper fuit (5), Florentino Gymnaſio, ex eo, veluti, ex equo Troiano quamplurimi prodierunt, qui ad tantum doctrinae faſtigium devenere, ut ſi minus ſuperaſſe praeceptoris famam, eam ſaltem aequaſſe putentur. Singulorum nomina conquirere operoſi non minus, quam ſupervacanei laboris res foret; nihilotamenminus lectori me operae praetium facturum exiſtimo, ſi nonnullos heic vel nobiliſſimos commemoravero. Digni inprimis, qui noſtro praeconio celebrentur ſunt, *Angelus*

Baſſus

Baſſus Politianus a prima ſtatim iuventa admirabilis (6); *Ioannes Carolus* Florentinus (7) Divi *Dominici* familiae grande ornamentum; *Ugolinus Verinus* Poëta excellentiſſimus, qui *Chriſtophorum* Praeceptorem ſuum, ſemper excoluit ac praedicavit (8); *Andreas Cambinius*, qui amoris ergo in noſtrum, eius Diſputationes Camaldulenſes e Latino in Tuſcum ſermonem tranſtulit (9). *Paullus* quoque *Soderinius* (10); *Io. Cavalcantes* (11); *Bindaccius Recaſulanus* (12); *Franciſcus Berlingherius* iunior (13); & *Carolus Marſuppinus* pariter iunior (14), egregiis virtutum monimentis *Landini* nomen late propagarunt. Inter haec cum magnanimus ille Florentinae urbis heros, *Nereus*, *Gini* F. e nobiliſſimo *Capponiorum* genere ſatus, exceſſiſſet e vivis, eius obitum perelegantı carmine proſequutus eſt

noſter.

noſter (15). Quod cum forte in manus praeſtantiſſimi Iuvenis *Peregrini Allii* perveniſſet, adeo illi placuit, ut Epiſtolam, cum eleganti carmine, ei gratulaturus inſcripſerit (16).

(1) Quod hoc aetatis anno Latinarum litterarum Profeſſor Florentiae conſtitutus fuerit arguitur ex publico Profeſſorum Albo Athenei Florentini, ubi ſub die XVIII. Ian. A MCCCCLVII. haec legas: *Criſtofano di Bartolomeo Landini da Prato vecchio condotto per due anni a leggere nello ſtudio di Firenze in facultate oratoria, & poetica per 2. anni cominciati hoggi* 18. *Gennajo* 1457. *con proviſione di cento fiorini l'anno*. Mentio huius muneris occurrit etiam in aliis publicis Lycei Flor. libris, qui in Archivo Reformationum ſunt. In iis autem, in quibus Civium ſubſtantiae recenſentur, haec habentur ſub Anno MCCCCLVII.

Suſtanze e incarichi di Criſtofano di Bartolommeo Landini preſtanziato in detto Gonfalone &c.

Suſtanze vorrei havere in ſervigio del Comune, e mio, non o nulla. Sto in una caſa, ut ſupra p. 55.

Bocche

Criſtofano di Bartolommeo *detto, di età d' anni XXXIII. Son condotto dal comune a leggiere Rettorica allo Studio con ſalario di fior. cento.* *Nè debitori, nè creditori do, perchè non mi trovo perhora meglio a cavallo, e di detti fior. cento ho a trarmi ogni mio biſogno*. Ex libro Chart.

Vanni

Vanni Oricellari p. 52. habetur. *M. Criſtoſano di Bartolommeo Landini lettore in ſtudio deve havere adì 3. di ottobre 1471. lire 95. 19. 8. ſono per uno ſuo ſtanziamento meſſo a lui a uſcita a car... per parte di ſuo ſervitio del leggere in Studio.* Munus hoc ſibi demandatum enunciat in ſua Epiſtola petitoria ad *Laurentium Mediceum*, quam ſcripſit aetatis ſuae anno tertio, & quadrageſimo in hunc modum: *At non modo veſtro in conſpectu a teneris annis verſor, ſed & Poëticis, & Oratoriis praeceptis Florentinam Iuventutem decimo iam anno publice, privatimque erudio;* idque pariter alio ex loco citatae Epiſtolae deprehenditur. Vid. denique hac de re *Fridericum Ottbonem Menchenium* in vita *Angeli Politiani* p. XXXVIII & cl. *Salvinum Salvinium* Canonicum Florentinum erudiciſſimum Faſt. Conſul. Acad. Flor. p. XVIII.

(2) Rhetoricam, Poeticamque profeſſus eſt, ut ipſe teſtatur in ſupra adlata denunciatione, ex libris Publicis Decimarum deſumta. Deinde vero nonnulla Scriptorum exempla munus hoc *Landino* traditum commemorantia adferre ne pigeat. In primis itaque recenſendus eſt *Franciſcus Berlingberius* eius diſcipulus, in mirifico opere Geographico in fol. magn. abſque anni indicio excuſo, ubi cum de Florentina urbe agit, haec habet.

Chi potrebbe giammai narrare appieno
Degl' elevati ingegni con parole
Chel tempo pria, che l'opre verria meno.
Forma gl' animi ſuoi, quali ama, e cole
Landin, che per coſtumi, e per dottrina.
E uno ſpecchio, anzi un fulgente ſole.

Ugolinus deinde *Verinus* hoc reliquit elogium in Illuſtrat. urbis Flor.

Tuo

———————*Tuo de fonte liquores*
Ebibit Aonios omnis Syllana Iuventus,
In lucem per te Ciceronis ſaecula rurſus
Nunc redeunt: terſum videas ſi pubis etruſcae
Eloquium, numeriſque velis, ſeu ſcribere proſa,
Clara Oratoris noſces, & ſigna Poëtae:
Inſignis Rhetor lingua Landine *canora,*
Tu vates pariter Lyricos, elegoſque ſonantes
Fingis, & enodas obſcura aenigmata Dantis.
Ah nimis ingenio fretus, longique laboris
Pertaeſus limae? non omnia poſſumus omnes.

Quae ita translata inveni in Thuſcum carmen, ab *Alexandro Adimario.*

Ove trarrò Landin *l'alte tue lodi,*
Precettor venerando, al cui gran fonte
Bee l'onda Aſcrea la gioventù Sillana.
Tornano al ſol per te di Tullio i giorni,
Se l'Etruſco fanciul ſcrive, o favella
D'Orator vedi i ſegni, e di Poeta:
Landin *Retore inſigne, e Cigno altero,*
Tu lirico cantore, elegi, e verſi
Dolce riſuoni, e ſveli i verſi a Dante.
Oh del tuo vaſto ingegno aſſicurato,
Che rima di ſudor troppo affatica,
Tutti non poſſiam noi tutte le coſe.

Ex MS. A. MDLXXVI. *Franciſci Baldelli* Cortonenſis, eadem translata inveni apud *Everardum Ambroſium*. Extat *Verini* Elegia, in Cod. Chartac. Biblioth. *Magliab.* n. VII. c. DCI. cui titulus Varia Poëmata Latina MS. & quidem ſic: *Ugolini Verini* ad *Chriſtophorum Landinum* Rhetorem & Poëtam Florentiae inſignem.

Inſignis Rhetor lingua, *Landine*, canora,
Ceu Patri debet noſtra Iuventa tibi:

Fidus

Fidus es interpres vatum *Landine* Poëta,
In dubio proſa promptior, anne pede:
Explicuit nobis obſcura volumina *Dantis*,
AEternaeque animae nobile fecit opus.
Explicuit *Flaccum*, & magni figmenta *Maronis*,
Et ſcripſit *Lyrico* carmina multa pede;
Et teneros elegos ſcripſit de more *Properti*,
Quod *Sandrae* nomen notius eſt *Helenae*:
Pieridum *Landine* decus, tibi Neſtoris annos
Exhibeat vacuis Parca benigna colis.

Barptolemaeus Fontius in Orationibus *Laurentio Mediceo* inſcriptis, quae in *Riccardiana* ſunt, haec leguntur. *Illi vero ſapientiſſimi homines ad politiorem humanitatem adaugendam eruditiſſimos viros conquiſiere, quibus inſtructa Florentina Iuventus, & bene dicendo, & ſapienter agendo, ſeque, remque ſuam publicam decorarent. Quam ſane conſuetudinem honeſtiſſimam, & cunctis bene inſtitutis Civitatibus utiliſſimam officiales Litterarii ſumma prudentia imitati, ſicuti anno proxime ſuperiore* Chriſtophoro Landino *doctiſſimo, & eloquentiſſimo viro*, Angelum Politianum *ingenio, & memoria praeſtantiſſimum adiunxerunt, ita quoque nunc me non omiſerunt.*

Ioannes Tritemius De Scriptoribus Eccleſiaſticis n. DCCCXCVIII. = *Chriſtophorus Landinus* natione Italus, Civis Florentinus, vir ſaecularium litterarum apprime eruditus, Philoſophiae etiam, ac divinae paginae non ignarus, longis annis Muſarum cathedrae praefuit, publicoque munere Poëticam edocuit, ingenio praeclarus &c. Et poſt adlatum operum *Landini* Catalogum, ita elogium claudit = Fertur adhuc florere apud ſuos Florentiae, quos omnis litteraturae exornat flo-

ribus, floruit MCCCCLXXXXII. *Paullus Iovius* in vita *Leonis* X. Italice traducta ubi praeclara *Laurentii* geſta dinumerat, ita ſequitur: *Ordinò ancora un famoſiſſimo ſtudio in Piſa, mantenendovi con grandiſſima ſpeſa i più illuſtri Dottori di tutte le ſcienze, che fuſsero in tutta Italia, per recreare la già nobiliſſima Città, a conſolazione della amica libertà perduta, con nuovo onore, & con la frequenza della gioventù foreſtiera: & quivi mandò il Cardinale* Giovanni *a imparare da famoſi Dottori ragione Canonica, e Civile. Erano in Fiorenza chiariſſimi Profeſſori di lettere greche, e latine, & altri di ingegnio, & d' eloquenza eccellenti, coi quali famigliariſſimamente viveva, tra queſti furono il* Pico *della* Mirandola, *il* Poliziano, Marſilio Ficino, Criſtoforo Landino ec. *i quali, avendo compoſto eccellentiſſime opere di ingegno con immortale onore per lunghiſſimo tempo averanno vita*. *Iacobus Gaddius* in Scriptoribus non Eccleſ. T. II. p. CXL. ex libello quodam, album Florentini Gymnaſii declarante, quatuor *Politiani* collegas, quos habuit, Anno circiter MCCCCLXXXVIII. in medium profert, *Demetrium* nempe *Athenienſem*, *Politiani* aemulum, de quo vide, quae fuſe tradit *Menck*. p. LXV. n. K. in Vit. *Ang. Politiani*, *Chriſtophorum Landinum*, & *Barptolemaeum Fontium*, cuius ad *Robertum Salviatum* extat Epiſtola, relata inter eas *Pici* Lib. II. n. XVII. *Hieronymus Ghilinus* in *Theatro virorum illuſtr.* hoc *Landini* Elogium refert: *Fiorì egli circa gli anni MDX.* (nota hic mendum) *e pubblicamente leſſe nella ſua Patria la Poetica con grandiſſimo concorſo di uditori, da quali per la facile maniera di ſpiegare quell' arte,*

veniva

veniva ſommamente amato, e riverito. *Cinellius* in *Hiſtor. Lit. Flor.* quam abſolvere minime potuit, & quae autographa in Bibl. *Magliabechiana* reperitur. In verbo *Chriſt. Landinus: Fu d'* Ugolino Verino, Politiano, *e di molti altri gran letterati Maeſtro, di tutte le arti liberali perfettamente inſtrutto, della filoſofia, e delle altre ſcienze coltivatore, & amatore diligentiſſimo, ſublime nel dire, grave nelle ſentenze, d' ingegno perſpicaciſſimo, eſquiſito nell' invenzione, curioſo nel comporre, e finalmente per riparator delle lettere ſi puo dire al mondo prodotto. Per molti anni a legger pubblicamente le ſcienze dalla Fiorentina Repubblica fu deſtinato, non ſolo, ma fra molti altri, che di umanità, e poeſia ſpezialmente la cattedra tennero*. Iulius Niger in Cat. Ill. Flor. Script. *Inſtituì per molti anni per pubblico decreto del Senato nelle ſcienze la più nobile gioventù Fiorentina, e con le opere ammaeſtrò tutto il mondo*. At quoniam de *Landino* noſtro inter Florentinos Profeſſores adſcito agimus, non abs re fore arbitror heic proferre catalogum Flor. Athenei Doctorum, qui A. MCCCCLI. profitebantur, ut clarius, quos habuerit collegas *Chriſtophorus* exinde appareat. Deſcriptus eſt in ſchedis Societatis Columbariae, Florentiae ab Equite *Io. Hieronymo Pactio*, & *Bindo Simone Perutio*, viris de litteris optime meritis, conſtitutae, in Annalium VIII. A. MDCCXLII & ex Tabulis *Nicolai Michaëlis Dini* Tabellionis depromtus T. II. in Archivo Generali Florentiae, ubi apparet inter reliqua = Modo, & forma praedicta deliberaverunt, quod Magiſter *Lucas Antonii* de *S. Geminiano* conductus ad legendum, & docendum Grammaticam ha-

beat pro ſalario, pro eius prima terzeria florenos XI. Infraſcriptae ſunt ratae & ſolutiones fiendae omnibus Doctoribus & aliis, qui hactenus legerunt in Studio Florentino, & nomina docentium, & legentium, ſunt iſta, videlicet ſecundum deliberationem factam, die XXI. Menſis Octobris MCCCCLI.

Mag. Baptiſtas Franciſci de Fabriano Fl. XII.
Mag. Hieronymus Ioannis ex ordine Fratrum Praedicatorum Fl. XIV
Dom. Andreas Magiſtri Ugolini Fl. XX.
Dom. Bartolus.
Dom. Bernardus Filippi de Arretio.
Dom. Thomas Petrucci della Bordella.
Magiſter Rodulfus de Cortunio.
Mag. Guglielmus Antonius Becchi.
Mag. Sozzinus Mag. Ugonis.
Mag. Alexander de Peruſio.
Dom. Nicolaus Mag. Iacobi de Caſtagna.
Frat. Bernardus Pieri de Vulterris.
Dom. Antonius Ioannis de Bonarlis.
Dom. Antonius D. Matthaei Plebanus Cercinae.
Dom. Ioannes Neronis Nigri.
Dom. Benedictus Domini Michaelis de Arretio.
Dom. Pierius Iacobi de Ieſſio.
M. Nicolaus D. Iacobi de Fulgineo.
M. Bernardus Andreae Bonaventurae.
M. Egidius Pieri de Urbeveteri.
M. Iacobus Ser Donati de Arretio.
D. Antonius Pacis de Todi.
M. Taddaeus Ser Paulli de Piſcia.
M. Pellegrinus Iohannis de Camarino.
D. Petrus Franciſci de S. Angelo in Vado.
M. Franciſcus Magiſtri Ugonis de Senis.

M. Ia-

M. Iacobus de Maßavula.
M. Batiſta Ser Ioannis Boccianti.
M. Ioacchinus Ser Ioannis de Alamannia.
D. Franciſcus Dantis de Caſtiglione.
D. Thomas Angeli de S. Geminiano.
Fr. Salvi Orlandi de Salis.
D. Thomas Guidonis Deti.
D. Hieronymus Angeli de Machiavellis.
D. Lazzarus Antonii de Arretio.
M. Teodorigus de Spilionbergo.
D. Otto Lapi de Niccolinis.
D. Io. Baptiſta de Roſſellis
D. Dominicus Nicolai de Martellis.
M. Ioannes Magiſtri Lucae de Camerino.
M. Taddaeus Ser Pauli de Peſcia.
M. Comando Simonis Comandi.

(3) Publico decreto demandatum illi munus fuit, ut notat *Poccianter*, & *Niger* L. C. & ipſemet *Landinus* in citata bonorum denunciatione.

(4) En eius verba in cit. Epiſtola petitoria := valeat apud Te animus meus Reipublicae addictus penitus, atque devotus, valeat ſtudium, ac fides mea in Florentina Iuventute erudienda, non mediocris, cui ego quibuſcumque rebus prodeſſe potui, neque ſedulitate umquam, neque diligentia defui. Valeat eadem in re liberalitas noſtra, nam Tu ipſe teſtis optimus es, cum in ea re nullis umquam laboribus pepercissem, nullum tamen in meo artificio avaritiae veſtigium adparuiſſe, cum iam X. anno publice doceam, ut primis duobus nulla publica mercede, reliquis vero deinceps, aut parva, aut mediocri contentus fuerim. Privatim autem quis umquam operam meam gratuitam fruſtra concupivit?

(5) Ad id mihi ſuadendum me impulit *Leo Baptiſta Albertus* in libro edito Baſileae in Officina *Roberti Winter*. A. MDXXXVIII cum hoc titulo: *Doctiſſimi viri Leonis Baptiſtae de Albertis Florentini Trivia, ſive de cauſis Senatoriis in M. T. Ciceronis locum lib. 2. de Officiis: brevis illa quidem, ſed accuratiſſima interpretatio ad Magnificum virum Laurentium Medicem*, haec brevis Epiſtola legitur, ex qua *Landinum Laurentii Medicei* praeceptorem fuiſſe aperte innuitur. = Habes Tu quidem *Laurenti*, & veteres, & optimos auctores, & praeceptores eruditiſſimos, ex quibus iſta, quae ad dicendi facultatem faciunt, abunde ſuppeditentur. Hoc tamen opuſculum noſtrum intelliges, nonnihil prodeſſe ad copiam argumentorum. Si quid erit, quod ex noſtra ſcribendi brevitate apertius dictum deſideres, id *Landinius* atque *Gentilius* praeceptores Tui, viri doctiſſimi, explicabunt. Te hortor, Patrem, atque Avum tuum, viros, cum ceteris virtutibus maximos, & illuſtres, tum etiam litteris ornatos imiteris, uti facis, quo patria tales una ex familia hereditaria virtute, & meritis habuiſſe in Remp. inſignes principes glorietur Vale Quapropter *Landinus* ei ſuas Diſputationes Camaldulenſes, de quibus brevi agemus, inſcripſit, ut *Laurentium* moribus, egregiiſque doctrinis inſtrueret. His adde quae tradit *Nicolaus Valorius* in vita *Laurentii*, his verbis: *Seguitando intanto a dar opera agli ſtudi ſotto la diſciplina di meſſer Gentile, così profittò nell' una, e nell' altra lingua, cioè Romama, e materna, e non meno in proſa, che in verſo, che io mi ricordo aver letto inſieme col medeſimo Precettore una ſua operetta amoroſa, varia, e copioſa, & ornata in*

tanto,

tanto, che niente vi ſi poteva deſiderare. Queſta dipoi pervenuta a M. Criſtofano Landini Oratóre, e Poeta famoſo, affermò, che l'autore in quel genere ſupererebbe tutti gli ſcrittori del noſtro ſecolo, della quale opinione dipoi nelle ſue opere fa egli ampliſſimo teſtimonio. Et profecto difficile dictu eſt, quanta inter *Laurentium* & *Landinum* neceſſitudo intercederet, ut *Paullus Iovius* in vita *Leonis* X. adfirmat; adeo ut deinde noſter *Laurentii* iudicio opera ſua libentiſſime ſubiiceret, laudeſque eius fuſe in Dedicatione Commentarii ad *Virgilium* exponeret.

Quantum vero ei cordi fuerit optima Florentinae iuventutis inſtitutio, eo magis patet ex epiſtola, quam nunc proferimus. Cum enim *Mariottus* quidam ex ordine PP. Minorum *S. Franciſci* docere extra coenobium Arithmeticam vellet, per Epiſtolas Cardinali *Papienſi* datas, petiit, ut publicae utilitatis gratia, ſcientiam, quam optime callebat, civibus ſuis aperiret. Epiſtola, ex litteris Card. *Papienſis* deſumta eſt, in hunc modum.

Chriſtophoro Landino Florentino Cardinalis Papienſis.

Qui te poſſe apud me putant, non falluntur iudicio, potes etenim plurimum. Amavi ſemper ingenium tuum, & mores: litteras vero ita in precio habui, ut & legendas ad doctrinam putarem. Horum praedicator fui continuus, nec tacuit lingua, quod animus ſenſit. Petis a me privilegium famulatus noſtri de Fratre *Mariotto*, Ordine Minorum profeſſo, & cauſſam dicis, ut ſine

impedimento correligioſorum ſuorum, extra coenobium agens, docere laicos Arithmeticam poſſit, cuius eum ſcientiſſimum praedicas. Si obſequor Tibi, *Landine*, vide quid agimus: Tu interceſſor, atque ego conceſſor, offendimus Deum, & Religionis inſtitutionem turbamus: ille Praelatis ſuis obedientiam vovit; nos Chriſtiani tollimus eam, & traſgreſſioni cauſam praebemus. Quod Prelatus eius illi poteſt concedere, ab eo non impetrans, ad diverſi ordinis auctoritatem confugit, occaſio manifeſta mali, odibilis Deo, & ſaeculo quoque non placens. Contumax ſpiritus haec operatur, ut maioris poteſtatis clipeo tutus, ordini *inſultet*: & dummodo licenter erraret, quam bene erret, non cogitet. Sed nec levius hic peccatur exemplo, quare qui vident Cardinalium famulatus ad obedientiae iugum valere, eosdem appetunt, & viis omnibus quaerunt. Unus tantum Cardinalis non eſt, qui privilegium det, unus item religioſus non eſt, qui diſcedere a fratribus cupiat. Ubique tales Cardinales, & fratres permultos eſt reperire Qui paullo incauti in concedendis his ſunt, dare non multi exiſtimant, credentes opus bonum ſe operari. Ita nulla patribus ordinum reverentia habetur, nullus eſt diſciplinae, correctioniſque metus, confunduntur inſtituta religionum, paulatimque male ruit, quod ab initio eſt bene ſtabilitum. Hac de cauſa *Pius Pontifex* nuper defunctus querelam communem omnium ordinum audiens dolentium his privilegiis, uno decreto ſanxit, quaecumque a Pontifice eſſent conceſſa, & a nobis in futurum darentur ad declinandam Patrum obedientiam, impetratoribus non ſuffragari. Monuit quoque uno conſiſtorio nos, ne eas daremus deinceps.

inceps. At inquies: ſi non valent, quid gravaris unum concedere? Si inanem rem dederis, nullus mali auctor. Interponere nomen Cardinalis ad rem fictam, & vanam, gravitatis non eſt. Inducere credentem in fraudem, charitatis non eſt. Forte etiam ſuus Praelatus abrogationis Pientinae ignarus, propter me non corripiet errantem religioſum. Ita in offenſionem Dei incurram, de qua paulo ante agebam, & ego me ipſum agnoſco, ſi fiducia litterarum mearum raperetur ille ad carcerem, aut durius in eum aliquid fieret, pati certe non poſſem. Sum enim carneus, indignationi & irae obnoxius. Clamarem, incenderer, molirer omnia, ut eriperem eum, quod dictus eſſet ſemel famulus meus. Ita praeſtat nil dare, quam & leviter & inutiliter dare. Sed oro quid quaerit hic tuus in docenda Arithmetica? Utilitatem ne hanc facere Civitati? At plures alii ſunt, qui eam praeſtent quotidie. Dices non tam ſcienter praeſtare. Quid attinet inſtruendis pueris ſummum magiſtrum quaerere? Exercitata doctrina, & mediocri illis eſt ſatis. Non ad metiendas arenas maris, aut altitudines montium, ſed ad adminiſtrandam mercaturam, illorum inſtitutio a Patribus quaeritur. At bonum opus eſt, & commendabile, liberali diſciplina illos inſtruere. At malum opus eſt a religione diſcedere, & obedientiam maiorum defugere. Plus mali hic eſt, quam illic boni; non ſunt facienda mala, inquit Apoſtolus, ut eveniant bona. Non eſt frangendum votum, non turbanda Religio, & exemplo malo nocendum, ut pueri Arithmeticam diſcant, quam aliis docentibus poſſunt addiſcere. Quod ſi mercedem diſciplinae quaerit, & vitare vult pauperta-

tem,

tem, ut credo, dic oro, ubi eſt votum, quod vovit Deo paupertatis ſervandae. Melius illi erat paupertatem non cognoſcere, ut ait *Petrus*, quam poſt agnitam retroire. Et Salvator: nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, eſt me dignus. Apparet ipſum, poenitere ſuſcepti propoſiti, non probare ordinem, quem profeſſus eſt, vitam ſaecularem appetere. Quid oro commertii eſt Religioſo cum pueris, tunicae divi *Franciſci*, cum purpura Civium? quae porro honeſtas pro Clauſtro Coenobii, habitare plateas, pro choro concinentium Deo, audire pueros Arithmeticam ſuam cantantes? pro obedientia libertatem? pro paupertate divitias, pro continentia occaſionem laſciviae commutare, ne militans Deo, inquit Apoſtolus, implicet ſe ſaecularibus negotiis, & rurſum: Operam detis, ut quieti ſitis, & ut negotium veſtrum agatis: & alio loco, Obedite praepoſitis veſtris. Horum nil audiens *Mariottus*, ſoli cupiditati obſequitur, reiecta bene vivendi regula. Si ille de ſalute ſua curam non accipit, de noſtra nos accipiamus. Non ſimus, cauſa transgrediendi voti, operatores alienae damnationis, quia nos una cum illo ante tribunal iudicis peccati huius rei citabimur. Vale. = Eximium profecto doctus hic Cardinalis exemplar Principibus exhibet, ne aut numquam, aut ſaltem rariſſime; religioſos in publicis Lyceis extra coenobium, docendi gratia, degere ſinant.

(6) *Politiani* Iuvenis praeceptor, & adulti in munere docendi collega *Landinus* fuit. Hinc eſt, quod eius merita ſaepius grato animo profeſſus eſt *Angelus*, ut in Epiſtola ad *Barptolemaeum Scalam* L. V. Ep. III. = *Landinus Praeceptor*

olim

olim meus, nunc autem utriuſque noſtrum collega, magnae vir in litteris, & auctoritatis, & celebritatis. Et in Miſcell. C. LXXVII. in quo probat, quo argumento, dicendum *Vergilius*, & non *Virgilius* = Praetereaque commentarium *Tiberii Donati*, nunc in manibus habet *Landinus*, homo & eloquens, & eruditus, & Florentiae iamdiu doctor bonarum litterarum celebratiſſimus, cui ſe praeceptori adoleſcentiae meae rudimenta magnopere debent, & qui nunc in profeſſione, quaſi dixerim collega, locata iam in tuto ſua ſibi fama, nobis adhuc in ſtudio laborioſiſſime decertantibus, ita favet, ut quicquid ipſi laudis acquirimus, quaſi ſuum ſibi amplecti, atque agnoſcere videatur. Is igitur, ut diximus, commentarium *Tib. Donati*, &c. = vide *Frid. Oth. Menck*. in vita *Angeli Politiani* p. XXXVIII. *Gaddium* de Script. non Eccl. V. *Landinus*, & V. *Politianus*, *Mabillonium* T. I. Muſ. Italici p. CLXXXIV. *Poccantium* & *Nigrium* in *Cat. Script. Flor.* ipſe quoque *Landinus* diſcipulum ſuum ſibi carum ſemper habuit, ut ex Epiſtolarum *Marſilii Ficini* libro II. Epiſtola ad *Politianum* habetur, in cuius calce legitur. = *Landinus*, & *Cavalcantes* innumeris Te viciſſim ſalutibus obruunt =. Similiter in Praef. ad *Virgilium* maxime ipſum laudat Et quoniam de *Politiano* agimus, ſumta heic occaſione proferenda nobis eſt oratio habita, cum Laurea doctorali donaretur, quae extat in Archivo Epiſcopatus Florentini, de qua nullam mentionem facit *Menckenius* in eius vita. Eſt autem eiuſmodi, mihi humaniſſime communicata, ab illuſtriſſimo, atque erudiſſimo Viro, *Bindo Simone Peruzio*.

Die

Die XXIII. Decembris MCCCCXXXV.

PAteat omnibus evidenter. Qualiter Reverendus in Chriſto Pater & Dominus D. Ray. de Urſinis Dei, & Apoſtolicae Sedis Gratia Archiepiſcopus Florentinus, Cancellarius, &c. ad haec deputatus prout in privilegio ſibi conceſſo latius continetur, facto rigoroſo examine de Domino Agnolo Domini Benedicti de Ambroſinis de Monte Politiano, Priore Eccleſiae Sancti Pauli de Florentia, & de Domino Franciſco Dominici Thomaſii de Sirigattis Presbytero Florentino, qui prius praeſentati fuerunt coram Venerabili Viro Domino Dominico de Mangoneſchis de Narnia Vicario eiusdem Domini Archiepiſcopi Florentini, per egregios Iuris Doctores Dominum Antonium Domini Donati de Cochis, Dominum Franciſcum de Pepis advocatos Florentinos promotores dictorum Domini Angeli, & Domini Franciſci, quibus per dictum Dominum Vicarium fuerunt aſſignata punta, ipſiſque diligenter examinatis per nonnullos Doctores Collegii ſtudii Florentini in Iure Canonico, & in dicta facultate idoneis repertis, & viſo, quod Doctores praedicti praefatos Dominum Angelum, & Dominum Franciſcum in huiuſmodi facultate doctorandos eſſe iudicaverunt, & dignos eſſe approbaverunt. Idcirco praefatus Dominus Archiepiſcopus de conſenſu, conſilio, & voluntate dictorum Doctorum ibidem adſtantium, auctoritate, qua fungitur, dictum Dominum Angelum, & Dominum Franciſcum, & quemlibet ipſorum, ſervatis ſervandis, in dicta Facultate Iuris Canonici tamquam benemeritos ſic pro-

pronuntiavit & declaravit aſſumendos, & recipiendos eſſe ad Apicem, & Dignitatem, Doctoratus dicti Iuris Canonici, & nunc aſſumpſit, & promovit, & recepit ad dicti Iuris Canonici Doctoratum, dans praefatus Dominus Archiepiſcopus dictis Domino Angelo, & Domino Franciſco, & ipſorum cuilibet licentiam, & facultatem Cathedram Magiſtralem aſcendendi, & in ea legendi, gloſandi, & interpretandi, conſulendi, ceteroſque Doctoreos actus faciendi, ipſoſque caetui, numeroque aliorum dictae Facultatis Iuris Canonici aggregavit. Dans eisdem Inſignia Doctoratus, videlicet; primo Cathedram Magiſtralem, ſecundo Librum clauſum, & deinde apertum, tertio digitum ipſorum, & cuilibet ipſorum manus aureo anulo decoravit, quarto oris oſculum, quinto Benedictionem paternam, Sexto Birretum in ſignum Coronae Capitibus ipſorum, & cuilibet ipſorum impoſuit ad laudem Omnipotentis Dei. Mandans de praemiſſis per me Gabrielem Notarium ſupradictum publicum confici Inſtrumentum, & Inſtrumenta, &c.

Acta fuerunt haec in Archiepiſcopali Palatio Florentiae ſub Anno Domini MCCCCXXXV. Inditione IIII. Die vero vigeſima tertia menſis Decembris, praeſentibus ibidem Domino Matthaeo Franchi della Badeſſa, Plebano Plebis S. Petri in Syllano Faeſulanae Dioeceſis, & Piero Laurentii de Medicis ad praemiſſa omnia teſtibus.

(7) *Ioannes Carolus* natus eſt Florentiae Anno MCCCCXXVIII. in humanioribus diſciplinis magni illius *Chriſtophori Landini*, praeſtantiſſimorumque ingeniorum ea aetate Florentiae praeceptoris, diſcipulus fuit, quo cum ipſe in quibusdam ſcriptis

ſcriptis operibus titulo compellat, ut vult *Iacobus Echardus* in *Scriptoribus Ord. Praedicat.* Verum cum *Carolus Landini* coëvus videatur, eius potius conſilio *Carolum* uſum fuiſſe crediderim, ut ipſe *Carolus* teſtatur in Praefatione, quam nunc luce donamus *Chriſtophoro* inſcripta, eumque idcirco praeceptorem ſuum exiſtimationis ergo nuncupaſſe crediderim; ſed quicumque ſe res habeat otio bellum indixit, oratione, lectioneve, aut exarandis codicibus maximae occupationes eius fuere. Is primo Ciſtercenſium ordini adſcriptus fuit, donec a Reverendiſſimo Cardinali *Dominico Capranica*, quoniam vivaci ingenio ditatus erat, in Ordinis Praedicatorum Familiam translatus fuit. Pluries domeſticis ſuorum praefectus eſt ſtudiis moderator, & in Academia Florentina Magiſterii Lauream Theologicae Facultatis accipere promeruit Anno MCCCCLVII. die XVIII. Septembris, quem, annos poſtea XII. in caput ſibi, decanumque delegit, atque praepoſuit eadem ſacra Facultas Florentina A. MCCCCLXIX. Apud eruditos in pretio fuit, & a *Sancto Antonino* Florentinorum Antiſtite plurimum adhuc aetate florente dilectus, & *Dominico Cardinali Capranicae* praeſuli firmano *Angeloque* eius germano cariſſimus. In certamen cum *Pico Mirandulano Ioannes* deſcendit, & eius Theſes nonnullas viriliter expugnavit. Denique in ſuo Sanctae Mariae Novellae Conventu, iam aetate gravis, mortuus eſt. Kal. Februarii MDIII. vel iuxta *Badium* ex Necrologio S. Mariae Novellae num. DCCXXXIX. Anno MD die XV. Maii aetatis LXXV. Plurima reliquit ingenii ſui monumenta, quorum alia typis prodierunt, alia etiam nunc ſervantur apud Fratres

tus Sanctae Mariae Novellae MS. nonnulla etruſca lingua, alia ſtylo latino eleganti, facili, & erudito conſcripta.

Bene igitur de *Chriſtophoro* ſuo meritus e cuius gymnaſio, praeclaras litteras hauſerat, ut vult *Echardus* citatus, eidem opus inſcripſit ſuum, cum hoc titulo, quod in Florentina Sanctae Mariae Novellae Bibliotheca videre eſt in membrana nitidiſſima in IV. picturis in fronte, & effigie Auctoris libellum in ſiniſtra manu tenentis. *Fratris Iohannis Caroli Florentini Ord. Praedic. ad Criſt. Landinum eruditiſſimum virum in ſequens opus incipit feliciter*.

Paucis ante diebus cum plurimorum rogatu quorumdam Fratrum noſtrorum illuſtrium vitas ſcripſiſſem, ſubiit animum meum cogitatio, cui illas emendandas potiſſimum deſtinarem; neque enim ipſe ego ſum, qui meae eruditioni confidam: cumque in ea cogitatione verſarer, multaque mecum ipſe reputarem. Tu mi *Chriſtophore*, prae ceteris occurrebas, mihi, cum pro ſumma humanitate tua, tum pro vitae integritate, ac fide, quibus virtutibus, cum omnium iudicio floreas, ſummum apud me locum, tametſi minimam tecum familiaritatem inierim, ſemper obtinuiſti. Eas autem idcirco ſcribendas inſtitui, quod ſatis viderentur in tenebris latuiſſe, cum ſupra CC. annum, vix ullus noſtrorum litteris celebratus fuiſſe comperiam: Viſum vero mihi eſt opus profecto digniſſimum, quandoquidem eos merito laudibus proſequendos cenſeam, quos & vitae ſanctimonia, & multa litterarum peritia, & rerum benegeſtarum gloria, & aevo ſuo, & poſteritati omni reddidere clariſſimos. Ad haec prae-

praeterea frequens bene geſtorum lectio, a qua memoria plurimum videbatur, non modo noſtris hominibus profutura, ſed iis etiam qui ſaeculi gloriam magnifaciendam putant, cum viros nobiliſſimos viderim, ea omnia, & inania, & caduca ſemper in animo habuiſſe, aliudque nihil, niſi aeternum, ac ſtabile amaviſſe. Sed & nonnihil apud me valuit locus, ac dignitas, quibus huius rerum ſcriptores, & venerabiles Patres noſtri dignantur, quos Protonotarios vocant, quod ad Martyrum, ac Sanctorum geſta ex fide ſcribenda fuerint inſtituti: quandoquidem eam dignitatem ad ſummos honores, gradum efficere arbitrentur. Proinde, & ſacerdotibus id muneris veteres tribuebant, ut publicarum rerum annales conſcriberent, veluti indubitatae fidei iudicarent, quae a Sacerdotibus, Deoque dicatis hominibus viderentur fuiſſe deſcripta: praeſtat autem haec ipſa editio rerum publicarum Scriptoribus, quando iis multa diſſimulare, nonnulla ſupprimere, quaedam eis conceſſa licentia, poſſunt, ac per hoc privato ſuo affectui inſervire: cui quidem adſertioni facere videtur fidem id, quod è *Flavio Ioſepho*, & *AEgeſippo*, Iudaeis ſcriptoribus, vidimus obſervatum, qui cum tam multa de Iudaicis rebus conſcripſerint; Magorum tamen adventum Hieroſolymam univerſo orbi notiſſimum, & infantum necem, quos *Herodes*, *Antipatri* filius, ob regni ſuſpicionem occidit, praeterire maluerunt, quam ſcribere: & tamen res minima nequaquam fuit, tres reges ab Oriente veniſſe, totque parentes natis dire privaſſe; ut ſacrae litterae ferunt, cum longe minora apud AEgyptios, & Romanos geſta retulerint. Qua in re de *Hegeſippo* magis, quam

de

Ioſepho miror, cum is Chriſticola fuerit, & Apoſtolorum claruiſſe temporibus referatur; & tamen tantae rei, quae ſibi ignota eſſe non potuit, nullam facere mentionem minime dubitarit: igitur eadem licentia dixerim rerum publicarum ſcriptoribus, & multa praeterire & quaedam arbitrio ſuo ſupprimere permiſſum profecto eſſe. At qui illuſtrium virorum Vitas ſcribendas ſuſceperint, ab iis omnibus abſtineant neceſſarium eſt, ſi dictis ſuis fidem adſtruendam putent: omni praeterea ſpe praemii, vel mercedis, atque animi aegritudine vacent, quam maxime decet, ubi de ſingulis hominum geſtis agendum eſt; ne, ſi in uno deficerent, ceteris omnibus arguerentur mendaces. Quae omnia remiſſam narrationem periculoſiſſimam efficere conſueſcunt. Laudantur nihilominus ob eam rem harum rerum ſcriptores ampliſſimi, ut apud Graecos *Plutarchus* & *Laërtius*, apud noſtros *Suetonius*, aliique nonnulli; apud Eccleſiaſticos autem beatiſſimus ille *Hieronymus*, & Caeſarienſis *Euſebius*, qui de illuſtribus viris egregie conſcripſerunt. His ergo rationibus ductus ad eas ſcribendas me avidiſſime contuli, quod opus digniſſimum iudicarem, non pro mea eruditione, quae in me nulla profecto eſt, ſed pro illorum ſanctitate, & gloria poſteritati, & litteris commendanda, proque legentium profectu, atque emolumento. Eas vero, eo libentius ad Te mitto, quo a multis acceperim, Te, a plurimis annis, ſacris litteris ardentiori, quam conſueveras, aviditate incumbere, in quarum locum has tranſire vitas pro ſumma horum hominum dignitate, atque virtute, iniuria auferim adfirmare. Praeterea, & nova omnia, eſto, quamvis minora revera

N ſint,

ſint, cordi eſſe aſſuevere mortalibus. Ceterum quoniam, ut praefatus ſum, mihi ipſi in tanta eruditorum numeroſitate diffidam, tuum vero iudicium ſummum apud me locum ſemper obtineat, idcirco melioribus eas chartis inſcribendas curavi, ut ſiquidem a Te aliqua ex parte probarentur tum melioribus chartis ſcriptas ederem poſteritati legendas: ſin autem, minori damno aut lacerandas, aut igni ſubiiciendas tradam, vel certe ſi ita videbitur emendandas curabo; ſciens me dumtaxat temporis, vel laboris mei amiſſionem deinceps deploraturum fore; liberum autem operis mei iudicium poſtulo. Itaque vide, ne, quo mihi gratificeris, quam arbitreris aliud ſcribas, ſed quid ſentias, quidve potiſſimum iudices, libere ſignificato litteris ad me tuis; in quamcumque enim partem iudicium inclinaveris, ſcito illam, & optimam, & honori meo conſonam, me penitus habiturum. Vale, mi *Chriſtophore* virorum eruditiſſime.

Paulo poſt legitur operis titulus = Fratris Ioannis Caroli Florentini Ordinis Praedicatorum in vitas nonnullorum Fratrum Beatae Mariae Novellae, Praefatio incipit feliciter, in qua dignitas eius Domus oſtenditur.

In hoc volumine continentur = Vita Fratris Ioannis Salernitani primi Fundatoris domus Sanctae Mariae Novellae Praefatio incipit feliciter.

Vita Fratris Aldovrandini Cavalcantis Urbevetani quondam Antiſtitis, alia Praefatio.

Vita Fratris Simonis Salterelli, Piſani quondam Antiſtitis, ad inſignem Virum Georgium Antonium Veſpuccium Praefatio.

Vita

Vita Fratris Angeli Acciaioli Praeſulis Florentini ad Donatum Acciaiolium Virum praeſtantiſſimum Praefatio incipit feliciter MCCCCLXXVII.

Vita Fratris Alexandri Strozzae Theologi praeſtantiſſimi edita Florentiae die XXVIII. Octobris MCCCCLXXVIII.

Vita Fratris Guidonis Regiolani Viri praeſtantiſſimi ac devotiſſimi, Praefatio incipit ad Robertum Boninſegnam.

Vita Fratris Ioannis Dominici Raguſini Antiſtitis, ac S. Sixti titulo Cardinalis, ad Franciſcum Berlingherium Praefatio incipit.

In fine Codicis legitur = Librum hunc Magiſtri Ioannis Caroli communi librariae ad communem utilitatem adhuc vivens adpoſuit: oretur pro eo.

In eadem Bibliotheca alii ab eodem exarati Codices deliteſcunt, qui dum eius operum Catalogum hic adponimus recenſendi ſunt; nam eorum potior pars praetermittitur ab *Echardo* L. C. & in noſtris Florentinorum Scriptorum Catalogis.

Vita B. F. Ioannis Dominici Flor. S. R. E. Cardinalis edita apud Leandrum fol. LXX. & in actis Sanctorum T. II. Iunii ad diem X. accuratius, in quibus integra exhibetur, cum apud Leandrum plura ſint reſciſſa, & inter alia Prooemium ad Fratrem ſuum germanum Franciſcum Berlingherium nuncupatorium.

Vita Beatae Villanae de Florentia. Extat in Bib S. M. Novellae ad calcem concionum eius, in cuius fine legitur = Explicit vita B. Villanae de Florentia ſcripta per F. Ioannem Caroli de Flor. Ord. Praed. A D. MCCCCLII. completa die IX. Auguſti feliciter.

N 2 Ora-

Orationes, quas ille diverſis locis, ac temporibus habuit, quarum exordium eſt, Propoſueram quosdam, &c.

Codex Chartaceus in IV. in quo primum hoc occurrit opus. Fratris Ioannis Caroli Flor. Ord. Praedic. Epiſtola ad Petrum Nigrum ſuper defenſionem, & conſolationem ſenectutis incipit = Marcum Tullium Ciceronem.

Eiusdem Ioannis Caroli de comparatione aliarum aetatum ad ſenectutem. Exordium eſt = Senectutem Criſtiano homini non oportere gravem videris. Ibidem: Comincia il Prologo di Frate Giovanni di Carlo delo ordine de Frati Predicatori ſopra la expoſitione dell' Uficio de' Morti compoſta da lui l' Anno mille quattrocento novantaotto. Feliciter incipit.

La Santa Chieſa militante vedova ancora in queſta vita del ſuo celeſtiale ſpoſo ec. ex fine arguitur in Monialium uſum ab eodem fuiſſe compoſitum.

Oratio de Iubilaei dignitate. = Cum de magnifico noſtri Salvatoris adventu.

Alia de S. Nicolai Antiſtitis laudibus = Nolenti mihi, Patres humaniſſimi.

Scripta nonnulla de reformata S. Marci Congregatione = Extante Congregatione S. Marci Florentiae reformata, &c.

Fr. Io. Caroli Epiſtola ad Ioannem Neſium loco Prooemii miſſa, de novo ſaeculo oraculum deſcribentis confutativa = Pridie ocioſo mihi, &c. Deinde incipit confutatio. Edita MCCCCXCVII.

Comincia la Eſpoſitione del Salmo XXV. Saranno forſe molti.

Fra-

Fratris Io. Caroli Petro Nigrio viro egregio Florentino ſuper quibusdam Concluſionibus Ioannis Pici Mirandulae Princip's incipit feliciter MCCCCXCVIII. = Ex libro Ioannis Pici, &c.

Codex membranaceus in IV. cum hoc titulo: F. Io. Caroli liber Dierum Lucenſium, quem in Dialogi modum edidit Lucae (ubi erat exul) A. Domini MCCCCLI. Continet autem deplorationes praeſentium temporum feliciter = Quoniam ea novitas, quam attulit nobis LXmus Annus, &c.

Liber ſecundus Dierum Lucenſium eiusdem: continet autem commemorationem praeſtantium Fratrum, qui in Conventu Florentino egregie claruerunt.

Liber III. Dierum Lucenſium: continet ſuorum temporum conditionem ad modum Somnii *Scipionis*.

Codex chartaceus in IV. in quo haec habentur: Fr. Io. Caroli in quosdam tractatulos a ſe editos adverſus quorumdam ſpiritualium moderatorum ſeverius dicta, & inſulſius facta, Prologus incipit feliciter. MCCCCXCVI. = Multa atque ingentia pericula, &c.

Cominicia il Prologo di Frate Giovanni di Carli Fratre in Santa Maria Novella dell'Ordine de' Predicatori ſopra il Dialogo della ſemplice verità. Feliciter = Quantumque el beato Apoſtolo.

Del medeſimo Epiſtola a uno amico ſuo ſopra il detto dello Apoſtolo, Nemo militans Deo implicat ſe negociis = Domandaſti ne' dì paſſati.

Comincia l'argomento ſopra el trattato de diſcretione vanitatum. MCCCCXCVI. Frate Girolamo da Ferrara dello Ordine de' Predicatori

 huo-

huomo nella noſtra Città ſopra tutti gli altri Religioſi di queſta noſtra età famoſiſſimo.

Della verità della Dottrina di Fra Girolamo, e ſe o da Dio, o no, come queſto ſi intenda ſanamente ſecondo il medeſimo autore. Incipit feliciter = Penſando io ne giorni paſſati.

Quadrageſimale & Sanctorale.

Alter Codex manu exaratus A. MCCCCLXXXII. cui titulus = Commentarium, ſeu Lectiones ſuper Magnificat. Expoſitio in Pſalmos Graduales in Pſalmum CXIII. In exitu Iſrael, & Officium Defunctorum. Denique in Pſalmum LXXXIII. quae ultima morti proximus ſcripſit, & deinde incipit liber de exemplis Sacrae Scripturae, in quo de virtutibus & vitiis multa dicuntur, & etiam de moribus bonorum, & malorum, quae in utroque teſtamento memorantur, & de eorum finibus. Scripſit A. Domini MCCCCLXXIIII. F. I. K. Caput I. Abſtinentia. = Praecepit Dominus Adae dicens cap. CXXXIV. & ultimum de zelo contra peccatores. Ad libri calcem, legitur: Explicit liber de exemplis Sacrae Scripturae, ſcriptus per me Fratrem *Joannem Karolis* Ord. Praed completus die XXVI. Octobris MCCCCLXXIIII. Qui vero legerint, Deum pro me orent. Deo gratias. Amen.

Prodiit tamen illud opus Typis Pariſienſibus in Sole aureo A. MCCCCLXXVII die penultima Ianuarii; hoc eſt ſtylo novo MCCCCLXXVIII. in fol. Hujus compendium extat apud Pariſienſes ad Sanctum Honoratum, eodem titulo, ſed ſuppreſſo nomine, Pariſiis in ſuburbiis S. *Germani* de Pratis, per *Petrum Qvet*. Annus non indicatur. Sed *De Caille* Hiſtoire de l'Imprimerie p. LXIV. ad A. MCCCCLXXXVII. editionem refert.

(1) *Ugo-*

(8) *Ugolinus Verinus* Florentinus *Landini* auditor in Latinis litteris fuiſſe, verſibus hiſce comprobatur, de illuſtratione urbis Florentiae:

Quo, Landine, *tuas percurram carmine laudes,*
Praeceptor venerande? tuo de fonte liquores
Ebibit Aonios omnis Syllana juventus.
In lucem per te Ciceronis *ſaecula rurſus,*
Nunc redeunt; terſum videas ſi pubis Etruſcae
Eloquium, numeriſve velis, ſeu ſcribere proſa:
Clara oratoris noſces, & ſigna Poëtae.

Quis fuerit *Verinus*, quanto ingenio, quanta ſagacitate, atque eloquio praedîtus, teſtatur ſatis *Pocciantes*, atque ex veteribus *Marſilius Ficinus* in Epiſtolis, *Petruſque Delfinus* Ordinis Camaldulenſium Generalis in Epiſtolis pariter, ubi quamplurimas *Verino* miſſas facile invenies, quae praeclara ejus geſta & merita mirifice illuſtrant. In ejus *Flammetta*, ſupra citata, MS. in Bibliotheca *Magliabechiana* legitur Elegia, qua ſuos mores mirifice depingit. Ceterum *Ugolinus* vir fuit omnigena Scientiarum varietate refertus, ſed in edendis carminibus Poëta ita eruditus, venuſtus, gravis, ſublimis, exquiſitus, diligens, & accuratus, ut *Ficinus* ipſe Muſarum Sacerdotem, & bonarum artium promtuarium inſigne, appellare non veritus fuerit. Ejus operum Catalogum vide apud *Pocciantem*, & *Nigrium* in *Script. Florent.* Praeter vero ea opera, quae *Julius Niger* memorat, addendum eſt, quod in Bibliotheca *Riccardiana* Codex Chart in IV. N. XXV. R. III. adſervatur cum titulo: *Volgari per la Grammatica Latina di Ugolino Verino*. *Ugolinum* vero, quum Romam proficiſcentem *Landinus* Cardinali *Papienſi* commendaſſet, reſponſum humaniſſimum, & *Verino* noſtro

honorificum tulit. Eſt autem hujusmodi, ut inter Epiſtolas *Papienſis* legitur.

Chriſtophoro Landino Florentino Cardinalis Papienſis.

Licet *Ugolinus*, & *Baccius*, hoc paucorum dierum contubernio iam ſatis mihi ſint noti, teſtimonio tamen de his tuo ſum delectatus. Sunt in *Ugolino*, quae memoras, fides in obſequio, & ſedulitas; quodque ego optare in domeſticis ſoleo, etiam gravitas. Si pluſculum aliquid litterarum adtuliſſet ad nos, nil eſſe amabilius poterat. Confirmatior doctrina futura illi ad facilitatem erat, mihi ad gratiam. Sed non negligam eum: propterea honore tuo, cui cognatus eſt, & morum continentia, quam probo, benigne ſemper habebitur: uni plus ocii, & commodi indulſi ad ſtudia jam pridem, quam curiae noſtrae uſus ferat, & indulgere aliis ſoleam. Protinus bona ſpes erit obſequii, ſi quae tu litteris, verbis ego, illum monuerimus, animo continebit. Patientia inprimis perneceſſaria eſt, a qua una ſuperatur omnis ſerviendi aſperitas. Egendum ſaepe eſt, & ſudandum, & algendum, atque his difficultatibus, quaſi adminiculis, augenda induſtria. Duces ii boni haberi ſolent, quibus tyrocinium laborioſum fuit, & reliqua militiae exercitia. Nobis, qui ſine generis, vel doctrinae praeſtantioris commendatione, quaſi in mercaturam quamdam honoris huc venimus, adiutrice perſeverantia eſt emergendum. Quod & in multis ſum ſaepe contemplatus, & in me ipſo ſemper expertus. Summam illam facio, ut perſeveret *Ugolinus*, nec gravetur ſervitio. Nec

Nec quia non praeſtetur ante mercem precium langueat animo: ocius, ſerius, irremuneratum neminem patitur curia. Quod ad *Baccium* adtinet, ſi modeſtia par eſt ingenio, ſibique non vulgo ſerviet lyra, fructum & ipſe feret ſervitii. *Roſcio* autem, quem memoras, Populus Romanus auditum ſaepe in ſcena praebuit, numquam in adminiſtranda Rep. fidem: laudatus in theatrò, ad comitium admiſſus non eſt. Sed officium huic quoque non defuturum, ſi qua eſt docilitate perſpectum magis habeat, quid ſe juvare poſſit, quam alios delectare. Te amo, *Landine*, memor antiquae conſuetudinis noſtrae, & certe etiam praeſtantis ingenii tui, cujus laudator ſemper inventus ſum: ornamenta dignitatis noſtrae nil mihi ademerunt de amicorum memoria Volo me, & meis fidenter omnibus, ut tuis, utaris, *Papienſemque* propius recognoſcas. Infelicem crederem hanc meam felicitatem, ſi quae dedit Deus cultoribus doctrinae, non eſſent mecum communia. Vale.

(9) *Andreas Cambinius Florentinus Landini* auditor fuit, ut ipſemet in Comm. ad *Dantis* Comoed. C I. his verbis teſtatur: *Dante fu il primo, che inveſtigò gli alti ſenſi di Virgilio, de' quali, perchè molto proliſſo ſarebbe quì il referire, io quanto portò il mio ingegno nel terzo, e nel quartò libro delle noſtre Diſputazioni Camaldoleſi eſpreſſi, e dichiarai, il quale volume Andrea Cambini noſtro diſcepolo traduſſe in lingua Fiorentina.* Vir expolitae literaturae fuit. Hiſtoriam enim Francicam ſcripſit, quae MS. in *Mediceo-Laurentiana Bibliotheca* adſervatur. Hiſtoriam praeterea Originis, ac praeclara Turcarum facinora ſedulo perquiſivit, quae poſt ejus obitum *Bernardi Philippi*

lippi Junctae cura Anno MDXXVIIII. lucem adſpexit *Hieronymo Andreae* eius filio nuncupata, in hunc modum.

Bernardo di Filippo di Giunta a Girolamo di Andrea Cambini. S.

Quando la buona memoria di Andrea uoſtro Padre, Girolamo honorando, non molti anni innanzi che di queſta uita partiſſi, per ſuo piacere, come nimico dello ocio, ſcriveva in lingua Toſchana la Iſtoria della Origine de' Turchi, ed Imperio delli Ottomanni, noi piu uolte lo confortammo ad ſeguitarla, acciochè, poi gli haveſſi dato fine, poteſſimo ad utilita comune ſtamparla. Donde lui, o per li noſtri conforti, o pur perche coſi haveſſi in animo di fare, quel tanto, come io mi penſo, ne ſcriſſe, che dalla natura gli fu conceſſo: dico dalla natura, perche preuenuto dalla morte, non potette ſcrivere gli ultimi fatti del Principe di quella natione. So che non biſogna ridurui alla memoria la fama gia diuulgata dello incredibile apparato nuovo di quel Signore ad noſtra deſtruttione. Deſiderando adunque che li Principi, & Rep. Chriſtiane leggendo queſta hiſtoria conoſchino li pericoli, li quali ci ſopraſtanno, & poſto fine alle loro diſcordie, unitiſi inſieme, piglino le armi iuſte contro al nimico tanto potente del nome Chriſtiano, alli giorni paſſati ue la domandammo, e uoi per ſatisfare al noſtro buon deſiderio ce la concedeſti, & coſi impreſſa, non la hauendo la buona memoria di uoſtro padre ad alchuno dedicata, à uoi la dedichiamo, come à quello, à cui piu ſi peruengono queſte fatiche, che ad altro huomo che ſia. Vale.

Tra-

Tradit *Iulius Niger* hanc eamdem publici iuris factam fuiſſe a *Benedicto Iuncta* A. MDXXVII. in cuius calce *Ciceronis* librum De Amicitia, ab eodem in Tuſcum ſermonem translatum, atque *Antonio Mediceo* miſſum, Typographus adpoſuit.

E Latino pariter idiomate in Tuſcum tranſtulit libros XIII. Hiſtoriarum *Blondi*, quibus alterum addidit. Rebus hiſce factum eſt, ut de eo honorificam mentionem nonnulli fecerint, veluti *Michaël Pocciantes* in *Cat. Ill. Flor. Iulius Niger*, qui perperam A. MDXXX. floruiſſe adſerit; *Iacobus Gaddius* de *Script. non Eccleſ. Ant. Franc. Donius* in Bibliotheca, *Io: Cinellius* Part. XII. Bibl., & *Geſnerus* in *Epitome*.

(10) De eo nonnulla ſuo loco proferemus.

(11) De *Io. Cavalcante* vide, quae diximus pag. 165.

(12) Conſule *Nigrium*.

(13) Vir fuit vividi ingenii, ediditque magnum illud opus Geographicum Tuſcis carminibus expreſſum, unde *Ugolinus Verinus* de Illuſtratione Urbis Flor. cecinit:

Carmine & Etruſco pinxit Berlingherus orbem.

Vide *Poccianțium*, & *Nigrium* L. C. *Ficinum* in Epiſtolis, *Lombardellium* in Fontibus Tuſcis, *Ioſiam Simlerum* in Epitome, *Marium Creſcimbenium* Libr. V. Hiſt. Vulgaris Poëſeos.

(14) De *Carolo Marſuppino* loquemur in ſecunda huius operis parte. Quod revera hi quinque memorati iuvenes, Landini diſcipuli fuerint, arguitur ex Codice Membranaceo in XII. exiſtente in Bibliotheca *Mediceo-Laurentiana* Plut. LIV. N. IX. qui *Benedicti Coluccii* Piſtorienſis Declamationum librum continet. Poſt enim quinque De-

Declamationes, quae in Gymnaſio *Marſilii Ficini*, qui eiusdem per id tempus Princeps conſtitutus fuerat, quae a *Paullo Ant. Soderino*, ab *Io. Cavalcante*, a *Bindaccio Ricaſolano*, a *Franciſco Berlingberio* Iuniore, a *Carolo Marſuppinò* pariter Iuniore habitae ſunt, *Marſilius Ficinus* ita memoratos iuvenes adloquitur. = Hi optimi adoleſcentes pietatis officio ſatisfeciſſe videntur. Reliqua ſibi adſumant egregii Oratores, quibus noſtra Civitas maxime pollet; nam quid *Donato Acciaiuolo* facundius, quid *Marco Parente* eruditius, quid *Renuccino* gravius optaretur? *Barptolemaeus* vero *Scala*, qui nuper huic civitati ob facundiam Civis adſcriptus eſt, *Landinus* clariſſimus vates, veſterque ſanctiſſimus praeceptor, *Bernardus* elegantiſſimus Rhetor, quanta admiratione digni ſunt? *Gentilem* vero nulli imparem Arretii Epiſcopatus ex noſtra Urbe ſecedere poſtulavit.

(15) Elogium ita legitur in Codice MS. Bibliothecae *Riccardianae: Chriſtophori Landini* de Prato veteri Eulogium in funere magnifici ac generoſi Florentini Civis Nerei Capponi ad Iohannem Caniſianum Civem etiam Florentinum, qui Nerius obiit die . . . MCCCCLVII. Incipit

, Non ergo immerito tam clari in funere civis,
Sollicitas pectus, CANISIANE, tuum!

(16) *Peregrinus Allius* adoleſcens acutiſſimus immaturo funere obiit, circa annum MCCCCLVIII. Scripſit odas, & orationes plures: epiſtolas itidem, cum ſoluta, tum ligata oratione, *Ficino* dedit, ut in Epiſtolis ſuis ipſe meminit *Marſilius*; & praecipue in Epiſtola quadam Libri I. ex qua patet, quod aetate adhuc tenera pulcherrima carmina ediderat; inter reliqua vero quaedam

in

in *Ficini* non ſecus ac in *Chriſtophori* noſtri laudem fudiſſe conſtat. In Bibliotheca *Riccardiana* N. III. Codex Chartaceus in IV. N. XVI. exſtat, ubi hac cum Epiſtola Carmen ad *Chriſtophorum Landinum* legitur.

Nihil mihi optatius accidere potuit, *Chriſtophore* ſuaviſſime, quam ut mihi cauſa oblata eſſet teſtificandi amoris in te mei; nam cum *Antonius Baroncius*, iuvenis doctiſſimus, quaedam tua de *Nerii* laudibus carmina ſuperioribus diebus ad me miſiſſet; ſane occaſionem nactus, pro eo ac potui, cupide tuas laudes metro adgreſsus ſum. Etſi enim id onus impar noſtris viribus eſſe putarem, benevolentiam tamen in te noſtram aliquid tibi gratum promere poſſe, exiſtimavi. Nam tanta eſt tua in omni litterarum genere excellentia, tanta dicendi ſuavitas, tanta praeterea morum probitas, ut non modo imperitus, ſed ne Poëta quidem ſummus tantarum laudum gloriam erudito carmine exaequare poſſet. Quod quamvis ita ſit, ego tamen, cum quia latus ſcribendi campus erat, in quo non eruditi modo, ſed etiam minus docti equos flectere poſſent, tum pro noſtro ſingulari in te amore, audax id onus ſuſcepi; nec minus, tametſi a parvo proficiſcatur, id tibi gratiſſimum fore confido. Qua quidem in re ſiquid ob orationis paupertatem praetermiſſum, aut minus eleganter pro tua dignitate dictum fuerit, id noſtrae iuventae inexpertae quidem condonabis. Accipies igitur noſtra carmina, quaecumque ſint, quae ſi non a docto, aut erudito, fideli tamen, ac benevolo, ad tuarum laudum gloriam edita ſunt. Vale.

Quandoquidem longum cecinit victura per aevum
Carmina Calliope, quae te radiantibus undis

Ca-

Caſtalii aſperſit, placidis quoque cantibus aures
Parrhaſiis, niveo compulſis pectine chordis,
Infudit, digno ne iam frauderis honore,
Pro meritis placuit memorandas carmine laudes
Enumerare tuas, & magno condere Olympo.
Sunt tibi divitiae, non quas precioſa, nec aurum
Aut quas duxit opes Ephyre, ſeu Perſica tellus,
Sive os Phidiacum, ſeu iam quaeſita Tyrannis
Purpura nobilitet Sarrani ſanguinis oſtrum;
Sed quas divino deſcendens vertice Pallas
Excoluit, ſocioque ſibi de ſanguine virtus.
Virtus, qua miſeris donum mortalibus ullum
Grandius immenſi non praebet conditor orbis.
Sola quidem nulli virtus eſt ſubdita ſorti,
Sit quamvis fortuna minax, votiſque ſiniſtra,
Non timuit vaſti ventis agitantibus iras
Aequoris, & nullo pavet in diſcrimine mortis:
Hanc nullus rapuit caſus, non tela, nec ignes,
Nec Iovis ira feri, non ſaevi horrenda Tyranni
Perfidia, aut fractus labens a margine mundus;
Sola quidem ſtabilis virtus poſſeſſio, ſola
Felices potuit mortales reddere coelo:
Hac iter ad Superos, & clari culmen Olympi
Herculeis ſiquis nitatur viribus ardens.
Haec te ditavit; quamvis non iugera culti
Magna ſoli, aut aedes, aut fulvum praebuit aurum;
Sed pretio tecum longe eſt maiore peractum;
Ornatum nam te donis natura creavit,
Quae ſint in magnis animo cupienda modeſto.
Ingenui mores, & purae mentis honeſtas,
Sunt tibi, quae iuvenes reddunt ante omnia fama
Inſignes, celeri penna quae intervolat urbes.
Nam faciles mores infudit Iuppiter, inde
Perfecit probitas ſincerae mentis honorem;

Di-

Divinum ingenium obliquo tibi limite tendens
Sol dedit: & celeris, qui vertice temperat aſtra,
Mercurii eloquio donarunt ſidera dulci, (tur
Haec labor,& ſtudium,nec non quo cuncta paran-
Grande exercitium, ſtudio praeſtantius omni,
Perfecit, potuitque novos iam promere cantus.
Seu tu Biſtonias attingis pectine chordas,
Quae triplicem mulſere canem,quae pallida regna,
Eumenideſque feras, Ditem, Stygiaeque ſeveros
Iunonis thalamos, placarunt carmine dulci;
Seu quas Dircaeus tetigit, cum ſaxa canoro
Compulit ex ſilvis condenda in moenia plectro.
Nec non maiorum cupido veſtigia paſſu
Sectatus, tamdem ſuavi ſermone ſoluto
Conſequeris ſummum clari *Ciceronis* honorem;
Hae ſunt divitiae, haec generis de ſanguine priſci
Nobilitas, his clara domus,non ſplendida gemmis,
Non ebore, aut auro, ſed iam virtute ſuperbit.
Haec Florentinae clarum te reddidit urbi,
Atque humili potuit te iam ſecernere vulgo.
Hac tu per multas fama celeberrimus urbes (quam
Redderis, in longum tendens tua nomina, num-
Promeritura ſitum; ſic Divum nectare tamdem
Aſperſum rapido poterit te reddere coelo.

§. XVII.

AD Annum interim MCCCCLIX. *Chriſtophorus* devenerat, cum iuvenilibus nugis iam penitus refraenatis, *Lucretiam Alberti F. Eduardi N. Alber-*

bertiam ſibi arctiſſimo coniugii vinculo copulavit (1). Plures ex ea ſuſcepit liberos, *Beatricem* ſcilicet, quae paternam hereditatem A. MCCCCCIV. adivit (2), *Eliſabetham*, *Petrum* (3), *Thaddaeum* (4), *Lauram* (5), *Albertum* (6), & *Bernardum* (7) denique, quorum nemo, ut ſaepius accidit, clariſſimi parentis doctrinam, & gloriam aemulatus eſt, qui cum interim in publico Florentino Atheneo laudatiſſime profiteretur, eius fama exiguis Italiae finibus coarctari minime potuit (8). Etenim ad ipſos quoque Germanos, Luſitanos, Angloſque, devenit, qui filios adoleſcentes eius tutelae tradere voluerunt, ut Latinis litteris a *Chriſtophoro* noſtro, Graecis a *Demetrio Chalcocondyla*, & Philoſophicis doctrinis a *Marſilio Ficino*, praeſtantiſſimis viris, inſtituerentur; eaſque de-

in-

inde in Germaniam, & trans Alpes, inferrent, ſicuti *Ioannem Straeblerum* (9) I. C. Suevici foederis triumvirum, & *Reuclinum*, feciſſe, certis indiciis manifeſtum, exploratumque eſt (10). Quapropter *Dionyſius* natione Germanus (11), *Guilielmus Grocinus* gente Britannus (12), *Thomas Linacer* (13), *Arius* Luſitanus, vulgo *Arias Barboſa* (14), & denique *Ludovicus Tenſira* (15), eiusdem nationis nobiliſſimo genere ſatus, Florentiam demigrarunt, ut praeclaris litteris ſub tantis ducibus imbuerentur.

(1) In publicis libris noſtrae Urbis, vulgo *Le Notificazioni* dictis B. I. P. XXXVI ſub die XXVIII. Februarii MCCCCLIX apparet: *Chriſtophanus Bartolomei Landini de Prato veteri conſumavit Matrimonium cum Domina Lucretia ejus Uxore, & Filia olim Alberti Adovardi de Albertis, non ſunt quadraginta dies elapſi, & per eam debet adhuc recipere in dotem Florinos quingentos tredecim, & ſolidos ſex ad aurum*. In Archivo, loco dicto i *Preſtanzoni*, ex libro permutationum pecuniae Montis apparet, ad A. MCCCC-

LIX.: *Mona Lucretia di Alberto di Adovardo delli Alberti Moglie di M. Criſtofano Landini.* Chriſtophorus in ſua bonorum conteſtatione, quae in libris Magiſtratus Decimarum legitur, ita habet: *Confeſſo in Dote Fiorini ſettecento tredici di Madonna Lucrezia di Alberto di Adovardo degli Alberti mia Donna, &c.*

(2) In Archiepiſcopatu Florentino legitur huiusmodi hereditatis capta poſſeſſio.

(3) *Petrus* ortus eſt MCCCCLXXV. ut ex quadam Genealogia, *Landinorum* gentem repraeſentante, apud *Everardum Ambroſium* colligitur.

(4) A Rep. Flor. proteſtatus eſt A. MDIII. vid. Deliberat. DD., ſub eodem anno.

(5) *Laura* oritur MCCCCLXV Huius mentio occurrit in libris Permutationum pecuniae Montis A. MCCCCLXVII. P. V. Ex Archivo Publico ſub die XIII. Martii MCCCCLXVII. habetur: *Domina Bartholomea Pieri Iacobi Bonfiglioli, & Uxor Ser Franciſci Nicolini Doffi creditrix ut ſupra in Florenos 175. dicti crediti Montis, quibus ſupra dictum creditum permutavit in comune Florentiae in quarto pro precio Flor. 45. 5. ad dandos in contum ad rationem Flor. 23. per centum per faciendam dotem Laurae per primo, Franciſcae per ſecundo nomine, Filiae Domini Chriſtophori Bartolomei Landini, & Dominae Lucretiae eius Uxoris, & Filiae Alberti Adovardi de Albertis, natae XXII. Aprilis MCCCCLXV. & A XV.*

(6) *Ugolinus Verinus* noſtri diſcipulus, *Alberti, Chriſtophori Landini* F. funus, perelegantì carmine proſequutus eſt. MS. inter eius Elegos in

in Bibliotheca Laurentiana PL. XXXV. Cod. XXIV. cum hoc titulo:

Eulogium in Albertum Chriſtophori Landini F.

Ergo, Te infantem, nec vos nunc fata pudebit,
Ante diem rapuit livida Parca nimis?
Nondum Luna ſuum rurſus compleverat orbem,
Viderat aut nitidos aurea fratris equos.
Vix lucem aſpiciens cum matris ab ubere raptus,
Cogeris (infandum) funera acerba dare;
Profuit heu nuſquam ſancti tibi cura parentis,
Dum prece ſollicitat in tua verba Deos.

(7) *Bernardus*, de quo fuſe deinceps agemus, lucem adſpexit A MCCCCLXXVII. In Magno Conſilio Reipublicae Flor. adſcriptus fuit Ann. MCCCCXCIV., Prior A. MDXXVI., Vexillifer Societatis MDXXXI. In Oppido Florentinae ditionis percelebri, vulgo dicto *Scarparia*, hoc eodem anno vicariatum geſſit. In publicis enim aedibus illius Oppidi, eius ſtemma inciſum inſpicitur, cum hac Epigraphe.

BERNARDO DI
CRISTOFANO
LANDINI V. 1531.

A. MDXXXII. *Mariam Alexandri Franciſci de Caccinis* connubio ſibi iunxit, ex eaque filiam unam habuit, quae deinde cum cuidam ex *Zachariae* familia nupſiſſet, ſterilis vixit. Obiit Bernardus MCCCCXLI.

 Bar-

(8) *Barptolemaeus Fontius* de *Chriſtophoro* noſtro ita mentionem facit in ſuis Annalibus, ſub A. MCCCCLXV. *His temporibus doctrina, & ingenio clari erant Campanus Romae, Pontanus Neapoli, Baptiſta Albertus & Landinus & Scala Florentiae*.

(9) Eruditiſſimus *Iacobus Brukerus* Hiſtor. Philoſ. Period. III. Part I. lib. 1. C. 11. de reſtauratione Philoſophiae Platonicae verba faciens ait. = Tantaque fuit Germanorum in *Ficino* fiducia, ut nobilem iuventutem eius fidei traderent, & ad diſcendas literas elegantiores ad eum Florentiam mitterent, quos iuvenes paterno complexum amore, ex literis *Io. Straebleri*, poſt illa tempora triumviri foederis Suevici, & Iurisconſulti Ulmenſis conſtat. In Notis vero inferius Epiſtolam ipſius *Straebleri* ad *Reuclinum* p.m. LVI. Ex eo loco, inquit, adparet, in Graecis eos ipſum *Ficinum*, in Latinis literis habuiſſe *Chriſtophorum Landinum* praeceptorem praelegentem *Horatium*, & *Ciceronem*. Inter opuſcula *Henrici Bebelis* Argentinae MDIX. excuſa, exſtat Epiſtola, & Elegia ad hunc *Straeblerum*. Eius denique Epithaphium nobis exhibet Vir Cl. *Georg. Schelornius* T. I. *Amoenit. Lit.* p. LVI. quod ex MS. *Io. Caſſelii*, Geiſligenſis Sacerdotis, protulit.

(10) De *Reuclini* meritis pauca adnotabo, cum ſatis haec pervulgata habeantur in ipſius Vita ab *Henrico Maio* impreſſa A. MDCLXXXVII. ex *Ioanne Brukardo* in libro de *Ioanne Reuclino*, & *Rodulfo Agricola* bonarum litterarum in Germana exeunte ſaeculo XV. inſtauratoribus impreſſo Wolfembuttel MDCCXIV. & ex *Georgio Pflugero* in Vita *Rodulfi Agricolae*, *Ioannis Capnionis*, & *E-*

raſmi

raſmi Roterod. Argent. MDCV. *Sebaſtianus Munſterus* in ſuae Grammaticae Ebraicae Epiſtola Dedicatoria ait = *Primus omnium qui noſtro aevo colere, & plantare coepit Ebraicam linguam, fuit doctiſſimus vir Ioannes Reuchlinus ſive Capnion, de linguis, & bonis litteris apud poſteros benemeritus, quippe qui multa apud ſe eruditionis ſuae reliquit monumenta* = *Menckenius* in Vita cit. *Ang. Politiani* p. CCCXXXIV. tradit *Reuclinum* hunc, aetate iam ſatis matura, iter in Italiam ſuſcepiſſe, litterarum cauſſa A. MCCCCLXXXVII. Ex *Reuclini* tamen Epiſtola ad *Leonem X.* Cabalae praefixa, apparet, Florentiam veniſſe paullo ante, ſcilicet A. MCCCCLXXXII una cum *Everardo Probo* Sueviae Duce, ubi *Laurentii Medicei* liberali hoſpitio fruebatur, qui utendam ei ſplendidiſſimam Bibliothecam conceſſit. Factum tunc eſt, ut eorum omnium, quibus hic cum literis commercium, & cum *Mediceis* arcta neceſſitudo erat, familiaritatem iniret, *Marſilii Ficini*, *Chriſtophori Landini*, *Georg. Veſpuccii*, aliorumque illius aetatis virorum doctiſſimorum. Teſtatur haec ipſe *Reuclinus* in Epiſtola ad *Leonem X.* cuius mentionem facit *Maius* l. c. p. CLXXI. qui & rem eamdem memorat in Orat. de *Io. Reuclino* ipſi vitae praemiſſa p. XIX. & *Deſiderius Eraſmus* in Epiſtola ad *Io. Reuclinum* lib. II. Ep. virorum doctorum ad *Reuclinum*. Viris hiſce eximiis fuit maxime coniunctus, ſingularem eorum doctrinam propius inſpexit, & ex eo tempore tantum eos coluit, ut redux poſtea ex Italia *Dionyſio* fratri, ſtudiorum curſum adituro, viſendam maxime Italiam, & audiendos excellentes viros illos, commendaret.

(11) *Dionyſius* Patria Phorcenſis, *Ioannis Reuclini*, alias CAPNIONIS, frater fuit. Tubingae primum ſummis Philoſophiae honoribus, & poſtea ſacrorum adminiſtrandorum munere cohoneſtatus evaſit, & cum Fratre *Ioanne*, & Sorore *Eliſabetha* in ſacrum Eremitarum *S. Auguſtini* ordinem adſcitus eſt a Fr *AEgidio*, ordinis Praeſide generali. Qua de re literae ad nobilem & egregium Virum Dn. *Ioannem Reuclinum*, LL. Doctorem eruditiſſimum, ad *Dionyſium* Presbyterum, Fratrem eius germanum, atque *Eliſabeth* Sororem extant, ſub fine lib. II Epiſt. Ill. Virorum ad *Io. Reuclinum* Phorcenſem, a *Thoma Anſelmo*, Badenſi Typographo, editarum. De eo mentionem faciunt, qui vitam, & hiſtoriam *Ioannis Reuclini* ex inſtituto pertractarunt; inter quos *Philippus Melanchthon* in Orat. de vita *Capnionis*, *Martinus Simon* in Orat. de *Io. Capnione* Phorcenſi p. LIX. *Martinus Cruſius* in *Annalium Suevicorum Dode. III. lib. IX. cap. V.* Et qui in enarrandis rebus memorabilibus *Reuchlini* ſedulam operam navavit, *Io. Henricus Maius* in vita *Io. Reuchlini*, Durlaci, A. MDCLXXXVII. edita p. VI. ſeq. & CXL. ſeq. Quibus addendus Vir Clariſſimus *Frid. Otto Menckenius* in ſuo de *Angelo Politiano* Commentario p. LXXXV. ex quo haec plura deſumſi. His adde programma Academiae Tubingenſis, ſcriptum in funere *Chriſtophori Reuclini*, Theologiae Profeſſoris Tubingenſis, qui Atavum habuit hunc ipſum *Dionyſium*. Ei libros binos, quorum alter Rudimenta Linguae Ebraicae, alter Lexicon *Pforzhemii* inſcriptus eſt, amoris ergo nuncupavit *Ioannes* Frater. Illius erga ſe animum expertus eſt vere fraternum,

cum-

eumque, utpote aetate multo ſe provectiorem, ſtudiorum ſuorum moderatorem habuit. Is eum admodum iuvenem, ut excolendae doctrinae cauſſa Italicum iter ſuſciperet, induxit, eique itineris comitem *Ioannem Straeblerum* I. V. D. adiunxit, cuius tutelae *Dionyſii* inſtitutionem commendari poſſe noverat. Itaque Florentiam conceſſere, & per integrum biennium *Georgii Veſpuccii* hoſpitio uſi ſunt. Praeceptores, quorum congreſſus ſedulo frequentabant, ei fuerunt *Marſilius Ficinus*, *Chriſtophorus Landinus*, *Demetrius Chalcocondyla*. Haec ipſe teſtatur *Ioannes Reuclinus* ſub fine lib I. *Rud. Ebraic.* & qui profert illa, *Io. Henr. Maius* lib. C. p CXLI. His ducibus literis diligentiſſime incubuit & laudatiſſimos in iisdem progreſſus fecit. *Valemus omnes recte*, inquit, *Io. Straeblerus* in Epiſtola ad *Io. Reuclinum*, quae legitur lib I. Epiſt. Ill. Vir. ad *Io Reucl. Dionyſius profecto bene ſtudet; ſe non poenitebit impendiorum, certo ſcio: nullis eget calcaribus, tamen Italiam amare non vult, ſemper autem plus cuperet vivere in Germania*. Denique *Veſpuccii*, *Chriſtophori Landini*, & *Lippi Collenſis*, praeceptorum *Dionyſii* honorifica fit mentio a *Io. Straeblero* in Ep. ad *Io Reuclinum* lib. I. Epiſt. Ill. Vir. ad eum conſcriptarum.

(12) *Guilielmus Grocinus*, natione Britannus, multiplici eruditione ditatus maxime excelluit, & Graecam Latinamque literaturam publice Oxonii profeſſus eſt. Poëta quoque non contemnendus, & omni genere elegantiorum literarum ornatus. Diverſae Epiſtolae eius ad eruditos, ad *Eraſmum* inprimis, adhuc extant. Primis in Britannia Graecae, Latinaeque linguae rudimentis imbutus, per

Italiam iter ſuſcepit, & Florentiae ſtudiorum omnium altrice conſedit. Docuit illa aetate literas Latinas *Landinus* noſter, Graecas autem *Politianus*, & *Demetrius Chalcocondyles*, quorum praecepta duorum annorum ſpatio totis viribus hauſit. Quod revera hac de re Florentiam venerit, fidem facit & *Guilielmus Latimerus* in Ep. ad *Deſ. Eraſmum*, obvia in *Epiſtolis Eraſmi*, edit. Lugdun. p CCXCIV. *Antonius Wodius* in *Athen. Oxonic.* T. I. p. XIII. qui multa de *Grocino* memorat, & *Samuel KNIGHT* in The Life of Iohn Colet p. XXIV. (t) G. *Libus* Elog. quorumdam Anglorum p. XCI.

(13) *Thomas Linacer*, Cantuariae natus, *Grocini* ferme aequalis, a *Deſiderio Eraſmo in Ciceroniano* p. LXXXIII. Vir undequaque doctiſſimus vocitatur; & optimus Grammaticus, elegans Poëta, Rhetor diſertus, Medicorum Phoenix ab *Io. Pitſeo* in Relatione Hiſtoricorum de *Rebus Angl.* ſeu de *Ill. Angliae Scriptoribus* nuncupatur. Et profecto multum pro Literaria Rep. laboravit; ſcripſit enim *De ſtructura Latini Sermonis* lib. VI. Grammatices Anglicae rudimenta, Epiſtolarum Carminumque libros, *Galenum* integrum, Sphaeramque *Procli* Latine reddidit. Fuit & in interpretando adeo felix, ut teſte *P. Daniele Huetio de Claris Interpretibus*, nemo illo maiorem orationis nitorem, & caſtitatem, ad interpretationes contulerit. In Italiam cum ipſo *Crocino* veniſſe ſubſpicatur *Menckenius* p. LXXXI. n. f. ut Graecis Latiniſque literis melius imbueretur, doctiſſimorum illius aevi virorum congreſſus frequentando, ut videre eſt apud *Guil. Latimerum* in Epiſtola ad *Deſid. Eraſmum*. *Paulum*

Io-

Iovium in *Elogiis Doctorum Virorum* cap. VI. p. CVIII. *Ant Woodtot* l. c. p. XVII. *Sam. Knight* l. c. n. (u) *G. Lilcum* l. c. p. XCVII. *P. Baelium in Dict. Hiſt.* T. II. p. MDCCXVIII. *Iacobum Gaddium De Script. non Ecc.* T. I. p. CCLXXVIII. *Io. Balaeum in Catal. Script. Ill. Maioris Britanniae Io. Chekum De Pronunt. Greca, Thomam Fullerum in the VVorthies of England.*

(14) *Arius Luſitanus* nobiliſſimus Luſitaniae vir fuit, Aveiro, Portugalliae oppido, natus, Rhetorices in Salmanticenſi Academia Profeſſor, Poëta etiam nobilis claruit. Huius in Aratoris Presbyteri Poëma de Apoſtolorum geſtis ampliſſimus Commentarius, de Proſodia opuſculum, & aliud *Epometria* inſcriptum, cum Epigrammatum, ſeu operum poëticorum libello a Luſitanis maximo in pretio habentur, de quibus agit *Nicolaus Antonius in Biblioth. Hiſp.* T. I. p. CXXXII. Is in Salmanticenſi Gymnaſio literarum primordia primum viriliter hauſit, & deinde ſublimioris acquirendae doctrinae cauſa Florentiam petiit, teſte *Io. Baptiſta Gyraldo Dial. II. de Poëtis ſuorum temporum* p. m. DLV. & *Nic. Antonio* lib. cit. ubi per aliquot annos Graecae, Latinaeque linguae cognitionem accepit, taleſque brevi progreſſus fecit, ut reverſus Salmanticam, ſtatim docendae eloquentiae, & tam Graecae, quam Latinae, linguae, munus publicum obtinuerit.

(15) *Ludovicus Tenſira*, & ipſe Luſitanus, vir nobili genere natus, & praeclare doctus, ſed nullis, quod conſtet, ſcriptis editis clarus. Is ſtudiorum cauſa patria egreſſus in Italiam ſe contulit, & Florentiae commoratus eſt, ut elegan-

tio-

tioribus & ipſemet literis inſtitueretur. Vid. *Giraldum* Dial. II. *de Poët. ſuor. Temp.* p. DLV. vid. *Ang. Politianum* lib. X. Ep. I. *Ioanni* Invictiſſimo Regi Portugalliae inſcripta, necnon II. & III. eiusdem libri literas.

§. XVIII.

INcredibili omnium, qui litteras amabant, plauſu ac veneratione cum exceptum ſe undique *Landinus* animadverteret, ut rei publicae eo magis prodeſſet, animum curamque intendit. Etenim inter praeſtantiſſimas virtutes, quae tantam ei nominis claritatem adtulerunt, primo ſe loco admiranda nobis ſeſe offert inſignis illa linguarum eruditiſſimarum peritia. Etenim ſicut patrii ſermonis Etruſci cognitione adprime fuit imbutus (1), & quicquid Latii nitoris, & antiquae dignitatis eſt, id omne ad ſtuporem poſteritatis adſecutus (2) fuit

fuit feliciſſime: ita etiam, ſi eius ſcriptis fides habenda eſt, haud levem Ebraicae linguae cognitionem hauſiſſe credibile eſt. Hac inſigni linguarum peritia factum eſt, ut Graeci, Latinique ſermonis theſauros excuteret, ſingulos diuturni aevi ſordibus purgaret, obſcuritate deformatos priſtinae luci nobilitatique redderet, mutilatos expleret. In illis vero illuſtrandis tanta illi felicitas contigit, ut communi eruditorum iudicio ipſi ſplendidum Summi Interpretis, & Illuſtratoris, nomen vulgo tribueretur (4). Quod negotii ut laudabiliter exſequeretur, legem hanc ſibi ſanxit, ut quoad fieri poſſet, a primis annis, in Scriptorum mente, ſenſuque verborum, exacte inveſtigando, eoque concinna, & eleganti oratione exponendo laboris plurimum, & induſtriae poneret.

(1) *Fran.*

(1) *Franciſci Petrarchae* poëmata publice expoſuit, ut inferius adparebit; & divinum *Dantis* Poëma eleganter ediſſeruit.

(2) Vide quae dixi, ubi de eius primis ſtudiis ſupra diſſerui.

(3) Si conſulantur profecto ampliſſima eius Commentaria, animadvertemus interpretationibus Ebraicis refertas eſſe. Deinde habemus ex ſupra adlata *Ioannis Caroli* Epiſtola nuncupatoria, ſe eapropter ſacrum illud opus *Chriſtophoro* nuncupaſſe, quod noviſſet eum maximo ſtudio totiſque viribus ſacras litteras diſcere coepiſſe, quas ut facilius perciperet, veluti ingenioſiſſimum Ebraicam linguam didiciſſe mihi perſuadeo.

(4) Inter Claros Grammaticos laudatur a *Frid. Otth. Menckenio* in vita *Ang. Pol.* p. CCXLVII. lit. (c) ab *Ugolino Verino* De Illuſtratione Urbis Florentiae, & in Elegia MS. in Bibliotheca *Magliabechiana* ſupra adlata p. 176 Vide etiam *Paullum Iovium* in vita *Leonis X. Io Tritemium De Scriptoribus Eccl.* N. *DCCCXCVIII. Hieronymum Ghillinium* in Theatro Vir. Illuſtr. *Cinellium* in Hiſtor. Literar. Flor. MS. in Bibl. *Magliabech.* verbo *Chriſtophorus Landinus*, aliosque quamplures.

§. XIX.

V*Irgilii* itaque carmina, quae vitiata, hominum incuria, ſquallebant in Bibliothecarum forulis, ad priſtinum nitorem reduxit, Notaſque

que adiecit, quae divinam vatis mentem mirifice patefacerent. Laborem hunc ſuum *Petro Mediceo* adoleſcenti *Magni Laurentii* F. miſit, qui ut optimis diſciplinis imbueretur, ſub *Angeli Politiani* auſpiciis, vehementer diligenterque curavit (1). Etenim in operis huiuſce Prooemio laudes, ac eius Maiorum in literatos viros merita, profert, & denique *Iuliani* fratris miſerandum exitium in barbara illa ac omnium ſceleratiſſima *Pactiorum* coniuratione commemorat, in qua *Magnanimus Laurentius* liber ſtrictos enſes evaſit. Sed deploranda Hiſtoria ab *Angelo Politiano* deſcripta atque edita fuit (2). Verum ut ad rem meam, ex qua diſceſſi, revertar, *P. Virgilii* interpretationes ita proſequitur, ut *Servii* Scholia ſeorſim a ſuis in Codice deſcribantur; cum vero ad

AEnei-

AEneidos volumen devenit ea quoque, quae *Donati* ſunt, in compendium redacta, atque per epitomen deſcripta, eius nomine inſerenda curaverit (3). Verum ceteris omnibus praetermiſſis, quae Grammatici Rhetoriſque partes eſſe viderentur, & a plurimis iisdemque doctiſſimis viris conſcriptae eſſent, eos tantum ſenſus, quos tanti ingenii ſublimitas mirificis figmentis per eam, quam Graeci allegoriam nominant, penitus abdidit, atque pulcherrimis integumentis operuit, ſibi pro viribus declarandos delegit (4).

(1) Maxime *Laurentium* laudat *Chriſtophorus*, eo quod *Petrum* filium *Angeli Politiani* curae commendarit. Ita enim inquit in fine Prooemii, *Virgilii* interpretationi praemiſſi. *Sed dices, quorſum haec in prooemii anguſtiis intrudis, atque inculcas, quae vix longiori hiſtoria ſatis pro dignitate explicari poſſent? Nempe, ut intelligas, voluiſſe me, non externis, ſed domeſticis exemplis hortari Te, ut eadem via, qua Parens Tuus, pergens, iisdem virtutibus ad eandem nominis gloriam pervenires; praeſertim cum ille, tam exa-*

exacta cura ac diligentia operam ſemper dederit, nequa ex his rebus, quibus bonas omnes artes facilius acquirimus, Tibi deeſſet. Plurima ſunt, quae in illo admirer; ſed illud prae ceteris, quod in liberis educandis indulgentioris quidem Parentis numquam, optimi vero ac ſapientiſſimi ſemper, ſumma ſedulitate officium compleverit. In Te vero informando, atque erudiendo, quid umquam omiſit? Nam quamvis ipſe per ſe quotidie admoneret, praeciperet, ac iuberet, tamen cum ſciret quanti eſſet, ne a Praeceptoris latere umquam diſcederes, ex omni hominum doctorum copia Angelum Politianum elegit, virum multa ac varia doctrina eruditum, Poëtam vero egregium, egregiumque Oratorem, ac denique totius antiquitatis diligentem perſcrutatorem, cui puerilem aetatem tuam, & optimis moribus fingendam, & optimis artibus, ac diſciplinis excolendam traderet.

(2) De dira illa a *Pactiis* caede Mediceis Principibus *Laurentio*, & *Iuliano*, inlata A. MCCCCLXXVIII. vix eſt Scriptorum Florentinorum unus, qui non ampliſſime mentionem faciat. At omnium primus rei tam nefarie geſtae Hiſtoriam eleganti commentario ad poſteros tranſmiſit *Politianus*; quippe qui atrociſſimae huius coniurationis initia aeque, atque exitum funeſtiſſimum ſpectavit. Ita vero *Landinus* Hiſtoriam illam Tragicam proſequitur in Praefatione Commentarii ad *Virgilium*: *Dabis, ſuaviſſime Petre, hoc in loco roganti mihi veniam, ſi barbaricam illam, & omnium ſceleratiſſimam ac ſine exemplo coniurationem ſilentio praeterierim: qua in templo marmoreo inter ſacra ſolemnia, &* Iulianus *Frater ſaeviſſime trucidatus, & ipſe* Laurentius *inter ſtrictos,*

& un-

& undique eum petentes gladios, iam iam caſurus, ita elapſus eſt, ut non humano, ſed divino auxilio, & ſua animi praeſtantia, quae audaciſſimum quemque terrere poterat, de manu inimicorum ereptus videatur. Quamobrem cum ſceleratiſſimi homines, quod nefarie mente conceperant dolis perficere nequirent, id armis ſtatim aggreſſi ſunt, &c.

(3) Ita ad hanc rem l. c.: *Quae quidem cum nos, a vix paucis pauca, a nullo autem omnia interpretata videremus, & ea tamen, quae interpretata eſſent, inter ſe diſſidere, ad calcem perſequi; itaque in tertio ac quarto noſtrarum Camaldulenſium Diſputationum libro, rem univerſam perpetuo interpretationis tenore proſecuti eſſemus; id inprimis praeſtandum curavimus, ita ut cuncta procederent, & nihil ex conſequentibus iis, quae prius dicta fuerint, pugnare videatur. Verum quantum in his meis lucubrationibus profecerim doctorum virorum iudicio reliqui. Laborum tamen meorum, quum Parentis tui* Laurentii, *viri plurimis litteris, ac varia doctrina excellentis, & ingenio acerrimo praediti, iudicio eos approbatos ſenſi, me numquam poenitebit.*

(4) Epiſtolam citatam Interpretationi Virgilianae praemiſſam ita claudit: *Sed de ſenſu illo interno quid ego iudicarem, a nobis in duobus ultimis libris, qui ſub titulo Camaldulenſium Diſputationum in lucem venerunt pro viribus ingenii, ut paulo ſupra diximus, demonſtratum eſt. Quos libros cum edidiſſent rogarunt me amici tui, ut* Dantis *quoque Florentini, qui* Maronem *in ſuo Volumine ducem ſequitur, eaſdem proſequerer allegorias: edidi quoque in* Flacci Horatii *volumina interpretationes. Sed cum eodem tempore & a me ſcriberentur,*

& ſcri-

& ſcripta, ſed nondum emendata, imprimenda amici curarent, pauca in iis deprehendi, quae emendatione non indigerent. Sed redeo ad Maronem: *nam quemadmodum in Camaldulenſibus Philoſophi interpretis munus obivimus: ſic in his commentariis Grammatici Rhetoriſque vices praeſtabimus. Placuit autem in maioribus illis rebus parentem tuum diſputantem inducere. Haec autem, quibus adoleſcentulorum ingenia mirifice ali poſſunt, cui potiſſimum, quam tibi optima indole, & exercitatiſſimo ingenio adoleſcenti, ſcribere malim; non tamen, quia praecepta* Angeli Politiani *viri multa doctrina, nec minori eloquentia exculti, tibi ſatis ſuperque eſſe ignorem; ſed dedicavi tibi haec noſtra, qualiacumque ſint, ut eſſent teſtimonium ſummi amoris erga Te mei. Tu vale & XII AEneidos libros, quo ordine in Codicibus conſcripti ſunt, perlegito.*

Qua deinde in explanando *Virgilii* opere methodo uſus fuerit vid. eius Epiſtolam Dedicatoriam ad *Guidonem Feltrium* ſcriptam, & *Horatii* interpretationi praemiſſam. De huiusmodi vero *Virgilii* interpretatione, neſcio qua de cauſſa obloquitur *Franc. Floridus Sabinus* C. XXIIII. lib. II. *Lect. Subſec. V.* & in Apologia contra Latinae linguae calumniatores p. CXV. his verbis: *Dignus igitur fuit Landinus cum ſuis allegoriis, qui Deorum effigies, ac templa tueretur, & Virgilii opus ad Evangelicam doctrinam in frequenti ocioſarum mulierum concione traheret, quibus ne deeſſet, quod ante focum bene potae garrirent, &c.*

§. XX.

HOc labore feliciter perfunctus, *Q. Horatii* carmina illuſtrare adgreſſus eſt; cum enim intueretur quae ab *Acrone Porphyrioneque*, doctiſſimis illis quidem viris, & Grammaticis non contemnendis, ſcripta eſſent, ſuae operae non mediocre pretium futurum duxit, ſi ſapentiam huius Poëtae in rebus ipſis inveniendis, & mirificum conſilium atque artificium in ſingulis diſponendis, atque ornandis, in propatulo collocaret (1). Hae quidem diuturni laboris lucubrationes dicatae fuerunt *Guidoni Feltria* Magni *Friderici Urbinatum* Principis Filio, cui Quaeſtiones Camaldulenſes, ut inferius oſtendemus, antea dicaverat; eo quod Lyricum *Horatii* carmen ad iuvenile ingenium exci-

excitandum, & ad linguam expoliendam, atque exornandam, valere plurimum animadverteret (2). Maximo doctorum omnium plauſu exceptus fuit huiuſmodi labor, & in eius laudem *Angelus Politianus* concinnam elegantemque Odem contexuit, quae ideo in fronte operis impreſſa legitur (3).

(1) Haec de huiuſmodi labore ſuo tradit in Epiſtola Dedicatoria ad *Guidonem Feltrium. Nuper autem cum* Q. Horatii Flacci *volumina in manibus eſſent, ac propterea diligentius ſingula intuerer, & ſimul, quae in illum ab* Acrone, Porphyrioneque, *doctiſſimis illis quidem viris, & Grammaticis non contemnendis, ſcripta eſſent ſaepius repeterem, noſtrae operae haud mediocre pretium futurum duxi, ſi ſapientiam huius Poëtae in rebus ipſis inveniendis, & mirificum conſilium atque artificium in ſingulis diſponendis, atque ornandis, pro viribus aperirem, ac poſtremo verborum vim, atque varias notiones, edocerem.*

(2) Ita pergit in Epiſtola Dedicatoria: Quas quidem lucubrationes noſtras, quo potiſſimum conferam, quam in eam domum, cui propter plurima Parentis in me Tui merita, omnia debere non ignoro? Elegi autem Te potiſſimum, illuſtriſſime *Guido*; quoniam *Horatii* volumina huiuſcemodi artificio conſcripta ſunt, modo recte

intelligantur, ut eius lyricum carmen ad iuvenile ingenium excitandum, & ad linguam expoliendam, atque ornandam vehementer Te iuvare poſſit; Sermones, & Epiſtolas ad mentes humanas omni labe purgandas & optimis moribus informandas, non tantum valere intelligatur, ſed etiam multorum Philoſophorum libros doctrina quidem exaequent.

(3) Sequens lyricum carmen videre eſt in prima pagina memorati operis in hunc modum,

AD HORATIVM FLACCVM ODE DICOLOS TETRASTROPHOS ANGELI POLITIANI.

Vates Threicio blandior Orpheo,
 Seu malis fidibus ſiſtere lubricos
 Amnes, ſeu tremulo ducere pollice
 Ipſis cum latebris feras:
Vates Aeolii pectoris arbiter,
 Qui princeps Latiam ſolicitas Chelin,
 Nec ſegnis titulos addere noxios
 Nigro carmine frontibus.
Quis Te a barbarica compede vindicat?
 Quis frontis nebulam diſpulit, & ſitu
 Deterſo reſtituit choris,
 Curata iuvenem cute?
O quam nuper eras nubilus, & malo
 Obductus ſenio, quam nitidos ardens
 Nunc vultus referes, docta fragrantibus
 Cinctus tempora floribus.
Talem purpureis reddere ſolibus
 Laetum pube nova poſt gelidas nives
 Serpentem, poſitis exſuviis ſolet
 Verni temperies poli.

Talem

Talem Te choreis reddidit, & Lyrae,
Landinus veterum laudibus aemulus?
Qualis Tu ſolitus Tibur ad uvidum
Blandam tendere barbiton.
Nunc Te deliciis, nunc decet & levi
Laſcivire ioco, nunc puerilibus
Inſertum thyaſis, aut fide garrula,
Inter ludere Virgines.

Hoc carmen inter *Politiani* opera non reperitur.

§. XXI.

TAntis igitur diturni laboris lucubrationibus Grammaticos Europae clariſſimos ſtupore defixit; tanta enim in iis linguarum, doctrinarumque peritia emicat, ut deſiderari ab erudito nihil amplius poſſit. Quapropter Latino eloquio pro viribus expolito, Tuſcum ſermonem, qui Civium incuria, atque ignavia, valde prociderat, ad nitorem priſtinum reſtituere animum curamque intendit, & A. circiter MCCCCLX. Orationem inauguralem publice habuit, in qua Cives

ſuos, ut ad id praeſtandum toto animo incumberent, hortatus eſt, maiorum noſtrorum, *Dantis* ſcilicet, *Io. Boccaccii*, *Franciſci Petrarchae*, *Leonardi Arretini*, *Leonis Baptiſtae Alberti*, pro Rep. literaria praeclare geſta recenſendo. Quod ut facilius adſequeretur, Tuſca *Franciſci Petrarchae* carmina auditoribus ſuis enucleanda ſibi propoſuit (1).

(1) In Bibliot. Strozziana extat Codex Chart. in IV. in quo variae orationes continentur, in primiſque.

Oratione fatta per Meßer Criſtofano Landino *Quando cominciò a leggiere in Studio i Sonetti di Meſſer* Franceſco Petrarcha. *Incipit*

Saranno per avventura alcuni preſtantiſſimi Cittadini, i quali perſuaderanno, o di già fino ad ora l'anno perſuaſo, queſta mia impreſa di volere in ſi celeberrimo Ginnaſio, & nobilitato Studio, in tanto numero, dove molti dotti ſi ritrovano, leggere il Poema di Franceſco Petrarcha, *eſſere più toſto di riprenſione, che di laude degna, ſtimandoſi forſe, che queſto medeſimo tempo più utilmente nella inveſtigazione, o delle Latine, o delle Greche lettere ſpender ſi poteſſe, tirati credo in tale oppinione, perchè dubitano la lingua Toſcana non eſſer nè così abondante, nè ſi ornata, con la quale l'altre, e degne coſe, e buo-*

ne,

ne, che nell' altre buone anzi ſi convengono, e le ſentenze di molti acutiſſimi, e quaſi divini ingegni ſprimer ſi poſſono. Poſt *Io. Boccaccii* laudes, qui Florentinam elocutionem expolivit plurimum, ita ſequitur. *E ne noſtri tempi avete auto* Lionardo Aretino, *& alquanti altri, e quali per non concitare loro invidia, non nominerò. Ma buomo, che più induſtria abbia meſſo in ampliare queſta lingua, che* Batiſta Alberti, *certo credo, che neſſuno ſi trovi: leggete priegho i ſuoi libri, & molti, & di varie coſe compoſti: attendete con quanta induſtria ogni & elegantia, compoſizione, & degnità, che appreſſo i Latini ſi trova, ſi ſia ingegniato a noi trasferire; &* Matteo Palmieri *ne ſuoi Dialoghi può non ſolamente per la gravitd delle ſentenzie, ma per ordinata diſpoſizione, & per ornata, & florida elocutione, ritenere gli auditori: ne è da ſtimare poco* Buonaccorſo *da Montemagnio in quelle canzoni, le quali in laude di iuſtitia per anticha conſuetudine a tutti e Magiſtrati della Cittd ſi fanno, ec.* = Et rurſus, commemoratis in Poëſi meritis Dantis, & Petrarchae, *Scriſſe verſi* Lionardo *già detto, el quale benchè forſe non adempieſſe ogni leggiadria, pur perchè di dottrina e d'arte, ſi vede pieniſſimo, gioverà più a chi vorrà eſſere elegante, che molti altri, che tra corpi anno prodotto, e quali forſe nella prima viſta, perchè anno alcuna dignita di colori, dilettano chi gli vede, ma ſubito dipoi perchè ſon ſanza nervi, ſanza natural ſugo, ſanza proporzione di membri, paiono tiſichi, dalla natura laſciati, o moſtri con diſiguaglianza di membri prodotti. Ha ſcritto* Battiſta Alberti *& Eclogbe, & Elegie tali, che in quelle molto bene oſſerva, e pa-*

paſturali coſtumi, & in queſto è maraviglioſo ad exprimere, anzi quaſi dipingere tutti gli affetti, & perturbationi amatorie. Ha ſcritto Lionardo *detto, non ſolamente in queſti noſtri uſitati d' undici ſillabe, ma verſi ſaphici, & eroici, il quale perchè è huomo acutiſſimo, & pieno di leggiadria, ha comodamente potuto tutti gli ornamenti, & colori, e quali ne Latini verſi, in che lui è eccellentiſſimo, potè nella noſtra lingua traſferire, &c.* Probat denique, neminem poſſe evadere in Tuſcanico ſermone excellentem, niſi prius Latinis litteris imbutus fuerit.

Ad hanc rem faciunt ea, quae ipſemet tradit in Interpretatione Carm. *Horatii* lib. II. p. LXXV. ode, Nolis longa, ubi de riſu in commune agit: Interpretabar olim noſtri *Petrarchae* elegias, lyricoſque, quibus *Lauram* canit; aderantque adverſarii, qui *Lauram* fuiſſe negarent, aſſererentque non illo nomine puellam a ſe amatam intelligi, ſed aliud allegorice ibi latere. Rogabam, quidnam illud eſſet, & ut id me docerent, ſummis precibus contendebam. Illi autem magnum profecto id eſſe, ſed tamen quid ſit neſcire fatebantur. Hic ego ridiculi occaſionem non praetermiſi, ſed in maxima auditorum frequentia, veluti convictus, & pudore conturbatus, Malo, inquam, ingenue fatendo inſcitiam meam a vobis accuſari, quam inique defendendo pervicaciam damnari. Duo ſunt quae adverſarii mei proferunt, Alterum, non fuiſſe mulierem *Lauram*, quod ego adhuc non do. Alterum, quod ego ita liberaliter eis concedo, ut etiam ſi quis illos mendaces in iudicium vocet, vadimoniumque facere cogat, vadem me praeſtare decreverim. At-

que

que hic cum veluti pudore impeditus dubitabundus aliquantulum ſubſiſterem; & illi victoria geſtientes invicem ſe intueri, alioſque circumſpiciendo meae confeſſionis teſtes citare, quodam modo viderentur; atque tota iam ſchola auribus erectis quid dicturus eſſem exſpectaret; tunc ego proſequens, Aiunt, inquam, quid ſibi Poëta in *Laura* velit, ſe plane neſcire, quod ego ita utraque manu do, ut iure me iurando obſtringam, ut niſi hoc veriſſimum ſit, nihil ſit umquam futurum verum. Riſit tota ſchola, cum dictum falſum fuerit, & illi ambiguitate orationis ad contrarium exitum, quam putabant, decepti ducerentur.

§. XXII.

VErum non rigidi tantum Grammatici partes geſſit *Landinus*, verum & Oratoris quoque munus honorificentiſſime obivit (1), ut ex eius orationibus deprchendere facile poſſumus, in quibus habes gravitatem orationis mira quadam lenitate temperatam. Nunc, prout res poſcit, altius extollere ſermonem videas, nunc demittere ſe, ac veluti humi ſerpere; nunc

expan-

expandere orationis vela, nunc contrahere; inque his omnibus priſcorum auctorum indolem, ingeniumque praeſefert, & in verborum delectu prudentem, & cautum animadvertas auctorem; adeout nihil in eius ſcriptis durum, nihil horridum, nihil quod delicatas aures offendat, invenire poſſis.

(1) Praeter ſupra memoratam Orationem, quam habuit, cum in Florentino Atheneo *Petrarchae* opera eſset declaraturus, legitur apud me oratio autographa, habita A. MCCCCLXXIII. quam ſuo loco proferemus. Ea eſt in funere *Donati Azaioli*, quae etiam in Tuſcum ſermonem translata legitur. In Hiſtoria *Urſinae* Familiae a *Franciſco Sanſovino* edita, altera elegantiſſima extat oratio in tradendo Imperatorio baculo exercitus Reip. Florentinae, in qua illuſtres *Urſinae* domus Heroës, & *Nicolai* praeclare geſta, accurate recenſentur. Hunc autem titulum, atque initium praeſefert oratio:

Chriſtophoro Landino alla Republica Fiorentina, quando ella dette il Baſtone del Generalato al Signor Nicola Orſino Conte di Pitigliano. Ita incipit: *Di tutte le coſe pubbliche, le quali vengono in alcuna civil conſulta, niuna è, preſtantiſſimi Senatori, che per la ſua grandezza, e per la rarità degli Uomini eccellenti, o maggior difficultà*

nel ſeco arrechi, o maggior prudenza ed induſtria richiegga, che l' elezione di quel Capitano, al qual la ſomma di tutti gli eſerciti, e d' ogni eſpedizione militare della Natione. Orationem alteram, quam ſilent Florentinae Literaturae Scriptores, mihi apud *Ambroſios* reperire contigit, nitido charactere excuſam in IV. cum hoc titulo:

Chriſtophori Landini Florentini in funere Iordani Urſini Oratio incipit. Pervetuſtum ſane inſtitutum eſt, praeſtantiſſimi Cives &c. paullo poſt. *Quapropter cum ad praeſens Iordani Urſini viri & multis virtutibus praeſtantiſſimi, & Florentino Populo amiciſſimi, morte vehementer commota ſit, nobis hoc munus demandavit, ut, huiuſcemodi orationis genere, tanti viri funus pro viribus honeſtarem. Opus profecto grave, & cui vires noſtrae impares omnino exſtant. Ego tamen dum ſummo Reipublicae noſtrae magiſtratui, cui omnes parere oportet, obſequens obedienſque fiam, malui prudentiam eloquentiamque meam deſiderari; quam, ſi onus detrectem, munuſque refugiam, contumaciae crimen ſubire.* Notandus denique eſt orationis finis: *E. S. P. Q. F. memor virtutum tuarum non oblitus antiquae ſibi cum familia hoſpitalitatis inſignibus & Chriſtiano Guelpharum partium vexillo, quod a tuis omnibus maioribus ſummo ſemper cultu obſervatum ſit ornandum honeſtandumque publico decreto grate pieque mandaverit.* Qua de re ſummi Oratoris nomen iure optimo obtinuit, ut teſtatur prae reliquis Auctor fere ſynchronus *Franciſcus Albertinus* in lib. cui titulus: De Laudibus Civitatum Florentinae, & Soanenſis: In oratoria vero habuit Florentia *Baptiſtam Leonem de Albertis, Poccium Blandolinum*, lege *Bracciolinum*, & *Lapum* litteris

ris Graecis & Latinis eruditiſſimum, *Guidonem de Cavalcantibus*, *Gabrielem Landinum*, *Nicolaum de Salutatis*, ideſt, *Linum Coluccium Salutatum* in Epiſtolis, & *Nic. de Niccolis*. Omitto modernos, ſcilicet *Chriſtophorum Landinum*, & *Matthaeum Palmerium*, & ambos *Rinuccinios*, ac *Benivienos*, ac *Lippos*, viros doctiſſimos.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA.

Pag. 24. § 11. poſt oppidum *adde:* quondam.
Pag. 45. § V. poſt A. MCCCCXXIV. *adde* die VIII. Februar. ut conſtat ex libro Approbationum aetatis
Pag. 59. Philelphus obiit MCCCCLXXXI.
Pag. 64 ſeq. lege Argyropylus.
Pag. 80. Corrige numeros Notarum 4. 5. 6. qui Textui minime reſpondent, quaſque Typographi me abſente confuderunt.
Pag. 183. expungatur 2. 6. & ſequatur Nota: & aliae deinceps uſque ad n. 8. reſpondeant Textui.

Alia Lectoris aequitati corrigenda relinquimus.

VA1
1550171

Digitized by Google

Digitized by Google

102
f
8

Digitized by Google

Digitized by Google

149
B
6-7

Digitized by Google